

¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶:

C A P U T VII.

De legitimatione requisita ad Episcopatus munus ; & an illegitimi possint elegi ad Archiepiscoporum , aut Episcoporum dignitatem.

SUMMARIUM.

- 1 *Despeciebus variis illegitimorum.*
- 2 *Requiritur ut Archiepiscopus, aut Episcopus sint nati de legitimo matrimonio, quia illegitimi sunt inhabiles.*
- 3 *Illegitimi absque dispensatione canonica ad Ecclesiastica beneficia, officia, dignitatesve sunt inhabiles.*
- 4 *Illegitimi sunt inhabiles ad Comendas, & ad Habitus susceptionem, & quare? num.5.*
- 5 *Talis est filius qualis est pater.*
- 6 *An legitimati per subsequens matrimonium admittantur; & quid in matrimonio putativo, aut clandestino.*

RElictis speciebus illegitimorum , de quibus in specie agit Girond. de Episcopatus ratione 1. part. lib.2. disp. 2. cap.1. num.1. & seqq. Fajard. in tract. de legitimat. per subsequens matrimonium, per tot. eleganter Fermosin. ad tit. & rubric. de filiis presbyterorum , & aliis illegitimè natis, pag.178. ubi infinitos refert cap.1. quest.2. per tot.

Requiritur ut Archiepiscopus, aut Episcopus ex legitimo sit matrimonio natus, quia illegitimus inhabilis est ad Archiepiscopatus aut Episcopatus electionem aut nominationem , ut decidit Concil. Trid. sess.7. de reformat. cap.1. ubi multa refert. Barbos. in collect. & probant textus in cap. In cunctis, de electione , cap. Ut innovuit , cap. Iuintoniensis Ecclesia, eodem: Glos. in cap. Grandi, verbo Legitimo , de supplenda negligentia Prælatorum lib. 6. Franciscus Leo in thesaur. fori Ecclesiastici , part.1. cap.3. n. 8. Bertachin. de Episcop. lib.2. de causa

materiæ Episcopal. num.81. Ugolin. de offic. Episcopi part.1. cap.1. §. 1. num.5. Jacob. de Graff. in aureis decisionib. lib.3. cap.2. n.12. Maurit. de Alzed. de præcelenti Episcopor. dignitate 1. part. cap.3. n. 16. August. Barbos. de potest. Episcop. part. 2. alleg.1. n.32. eleganter post eum Girond. dict. cap.1. num.6. & seqq. Fermosin. in dict. cap.1. de filiis presbyteror. quest.5.

Sunt enim illegitimi absque dispensatione canonica ad Ecclesiastica beneficia , officia , & dignitates , personatus que penitus inhabiles. Gregor.XI. consti.8. incipit , *Etsi à sacris*, apud Laert. Cherub. tom.2. pag.120. de qua Novarius in summa Bullarum , tit. de illegitim. cum multis jurib. & ex Concil. Trident. tradit Fermosin. in rubric. de filiis presbyterorum , & aliis illegitimè natis , num. 2. Torreblanca lib.2. de iur. spirituali , cap.13. num.42. Laurent. de Peyrin. tom. 2. de Prælat. quest.2. cap.5. §.9. Petr. de Boll. in œconomia canonic. claus.1. cap.2. §.3. pag.47. & 48. Barbos. de iur. Ecclesiast. 1.p. cap.33. num.149. cum multis exornat Solorzan. de iur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.20. per tot.

Et eodem modo sunt incapaces ad 4 Commendas , & ad susceptionem Habitus , ut ex variis decretis Pontificalibus tradit Laert. Cherub. pag.13 March. de Tarif. en la fundacion de la orden de san Juan en el viage de Hierusalen , cap 2. fol. 111. Ioan. Maria Novar. in lucerna Regular. verb. Illegitimus , num.3. Barbos. in summa decision. Apostolicar. collectan. 415. num.3. Mendo de Ordinib. Militarib. disquisit.2. quest.1. num.10. Scando in propugnaculo Religionis Militaris discept.3. cap.1. num.10. & ultra eos quos refert, Solorzan. de iur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.17. per tot.

Ratio huius prohibitionis est , quia 5 proles illegitima non videtur honorabilis hominibus , neque Deo amabilis, neque infide stabilis , ut scripsit Bonifacius Martyr ad Regem Anglorum , relatus in cap. Si gens Anglorum , 56. dist. & probatur in cap. Si quis cum militibus, 5. quest.1. ubi quod nati ex meretrice degeneres , & ignobiles iudicantur , & honores

honores & dignitates habere non mereantur, ut dicit textus in cap. penultim.
56. dist. & latè agunt Cassan. in catalog. glor. Mundi part. 11. considerat. 15. Scobar de puritat. sanguin. 1. part. quæst. 4. §. 6. Bonacini. de irregularit. disp. 7. quæst. 2. punct. 3. num. 2.

6 Requiritur etiam legitimatio natalium in Archiepiscopo, aut Episcopo, propter præsumptionem incontinentiae, ut consideratur in prole illegitima; incontinentis enim præsumitur, cuius pater incontinentis fuit, ut ex dict. cap. Si gens Anglorum, probat Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 24. Rojas de success. cap. 15. num. 11. Rebuf. in praxi beneficial. tit. de dispensat. super defect. natal. num. 5. Solorzan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 20. num. 16. & ut est in proverbio, saepe solet filius similis esse patri. Gloss. in l. Quod si nolit. §. Simancipa, ff. ædilicio edict. Unde Ovid. lib. 4. metamorphors. cecinit:

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor;

*Et patrum in natos abeunt cum semi-
ne mores.*

7 At legitimatos per subsequens matrimonium ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus absque aliqua dispensatione promoveri posse, eleganter exornat multis citatis August. Barbos. de potest. Episcop. part. 2. alleg. 1. num. 33. & in cap. Tanta, qui filii sint legitimi, num. 24. & ultra quos refert, idem tenet in terminis Fajard. in tract. de legitimat. per subsequens matrimonium, num. 121. & 122. Pontius de matr. lib. 11. cap. 11. num. 5. Lopus de illegitimis & naturalib. commen-
tar. 4. §. 3. n. 8. eleganter exornat Solor-
zan. de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. num. 43. ubi quod est glossa expressa in
cap. Innotuit, per textum ibi, verbo
Coniugata, de electione; & multos refert
latissime Girond. de Episcopo 1. p. lib. 2.
disp. 3. cap. 1. & seqq. ubi ad varias que-
stiones circa matrimonium clandestinum & putativum, de qua re etiam nos
diximus tom. 1. ad ord. tit. 1. §. 6. gloss. 55.
num. 13. & seqq. & loquendo in succe-
sione commendæ, idem tradit Scan. dict.
discept. 3. cap. 1. num. 28. ubi idem proce-

dere asserit in legitimatis per rescriptum Principis: de qua re est etiam vi-
dendus omnibus citatis noviter Rojas
de incompatibilitate maiorat. 1. part. cap.
4. num. 18. & seqq. Scan. dict. discept. 3.
dict. cap. 1. num. 18. & seqq. ubi limitat
in filiis Regum, Principum, Comitum,
aut maioris gradus, quia isti tales ille-
gitimi admittuntur; & ibi multos DD.
refert, & testatur de consuetudine Mo-
ren. de Vargas en la Noblesa de Espana,
discurs. 3. num. 26.

C A P U T VIII.

Utrum illegitimus possit dispensa-
ri ad Archiepiscopatus, aut E-
piscopatus dignitatem; & an
dispensatus quoad omnes Or-
dines, beneficia, & dignitates,
censeatur dispensatus quoque
ad Archiepiscopatum, Episco-
patum, aut Cardinalatum.

S U M M A R I U M.

1 *Utrum illegitimus dispensari possit ad
Archiepiscopatus, & Episcopatus
dignitatem; & an dispensatus quoad
omnes Ordines, beneficia, & digni-
tates, censeatur dispensatus ad Ar-
chiepiscopatum, & Episcopatum? &
num. 2. 3. 4. & 5.*

Cum natalium defectus excludens ab Archiepiscopatibus, Episco-
patibus, Cardinalibus, Dignitatibus &
honoribus illegitimos nitatur, & fundetur in præsumptione, & non in cul-
pa eorum; cum nasci de adulterio non
sit culpa eius qui nascitur, sed illius qui
generat, ut inquit Div. Hieronym. re-
latus in cap. Nasci, 56. dist. & præsump-
tio omnino cedit veritati, l. Nuptura,
ff. de iure dot. certum & indubitatum
est illegitimos esse benemeritos dignita-
tum, & honorum propter ingentes vir-
tutes, quibus ornantur, & veram & na-
turalem

turalem nobilitatem ; qua potiuntur. Virtus enim origo & causa est totius nobilitatis , ut latè probat Tiraquellus de nobilit. cap.4. ubi hos versus affert.

Si pater est Adam cunctis, si mater & Eva

Curné omnes sumus nobilitate pares?

Degenerant homines virtus, fiuntque minores;

Exaltat virtus, nobilitatque genus.

Quos etiam adducit Barnabas Moreno de Vargas en los discursos de la Nobleza de España , discurs. I. num. 7. ubi originem Nobilitatis à virtute descendere, benè ostendit ; & pro epigrammate alia scripsit in lingua , & idiomate Hispano, qui certè Nobilitatis originem , & conservationem discretè comprehendunt, ibi :

Las armas y las letras dan nobleza,

Conservala el valor, y la riqueza.

3 Non adeò illegitimi sunt incapaces bonorum , quin morum probitate & virtute clarissimi ad omnes honores , Episcopatus , dignitates , & officia admittantur ; fuerunt enim ad summam Pontificatus dignitatem quamplures admisi , quorum nomina & parentes referuntur in cap. Osius , 56. dist. & plures Imperatores , Reges , Principes , Episcopos , & DD. illegitimos referunt Palestinus de notis & spuriis cap.57. num.7. & cap.66. Tiraquel. de nobilit. cap.15. num. 31. Rojas de successionib. cap.15. num.18. Lara de Capellaniis lib.2. cap.4. num.6. & 7. notat unico verbo Barbos. de potest. Episcop. part.1. tit.1. cap.3. num.46.

4 Unde qualitas legitimationis nata- lium requisita ad Archiepiscopatus , Episcopatus , aut Cardinalatus electionem , aut nominationem , dispensari pos- test, præsertim in personis benemeritis , à Papa , cuius est dispensare , ut ex tex- tu in cap.1. de filiis presbyterorum , cap. Consuluit 5. de servis non ordinandis , cap. Per verabilem , in fin. qui filii sint legitimi , cap. Nisi cum pridem , §. Personæ , de re- nunciat. tradit Solorzan. de iur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.20. num.7. Petrus Gre- gor. de benefic. cap.5. Campanil. in Di- vers. iuris Canonici , rubrica 11. cap.13. per tot. Navarr. cons.1. & seqq. tunc. de

filii presbyterorum: Tusch. lit.O. conclus. 193. num.11. & lit.S. conclus.415. num. 6. cum multis eleganter Fermosin. in cap.fin. de filiis presbyteror. quest. 4.5. & 6. num.10.

Quæ dispensatio debet esse specialis , sima ad Episcopatum , aut Archiepiscopatum , aut Cardinalatum , quia dispensatus quoad omnes Ordines , beneficia , & dignitates , non censetur dispensatus quoque ad Episcopatum , Archiepiscopatum , & Cardinalatum , ut tenet & exornat etiam ad varios casus Fermosin. in dict. cap.fin. de filiis presbyteror. quest.6. num.1. & seqq. Bonacini. de irregularit. quest.2. punct.3. num.14. cum multis Fagundez de præceptis Ecclæsiæ , præcept.5. lib.3. cap.3. num.5. uni- co verbo August. Barbos. dict. cap.3 num. 46. & optimè dicit Sayr. de censur. lib.6. cap.11. num.17. Gloss. in cap.21. de præ- bend. lib.6. Tabiena verb. beneficium 2. §. 20. num.24. Majolus de irregularit. lib.1. cap.9. num.4. Pax Iordanus in variis lu- cubrationibus , tom.2. lib.10. titul.19 num. 70. Peregrin. de fideicom. art.23. num.8. Ojeda de incompatibilit. beneficij , part.2. cap.fin. num.77. Marcel. Vulpe in prax. cap.47. num.29. Diana part.10. tract.9. resolut. unica , in vers. Sed ut magis , Le- ander de irregularit. tract.2 disp.3. quest. 45. Barbos. in Bullario , & in compendio decisionum ac alibi , verb. Filius : & Fer- mosin. dict. quest.6. & antecedentib. res- pondet ad contraria , & est omnino vi- dendus quest.7. in quibus omnibus agit latissimè de filiis illegitimorum , & qui comprehendantur : de quo Solorzan. dict. cap.20. num.8. & seqq. ubi num.45. inquit quod dubius circa modum & for- man dispensationis est tutus , & secu- rus tam in foro iudiciali , quam in con- scientia , dummodo si illam habeat læ- sam scrupulum deponat : & ibi multos DD. refert Fermosin. ubi supra : agit e- tiam an illegitimus dispensatus ad in- grediendam Religionem censeatur dis- pensatus ad Generalatum , aut Episco- patum , de quo etiam Scan. in propugn. Religion. discept.3. cap.1. n.12. & seqq. & de facto vidisse declaratum notat Barb. dict. cap.3. n.46. de aliis qui possunt dis- pensari.

¶ 28. qd. 1. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. ubi multos refert, & exornat.

C A P U T I X.

Utrum expositus eligi possit in Archiepiscopum, aut Episcopum.

SUMMARIUM.

1. Expositi an admittantur ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus, dignitatum, & officiorum apicem, quæ sanguinis puritatem requirunt, & ad Habitus Militares: & num. 2. 3. 4. 5. & 6.
7. Expositi an dicantur puri sanguine.
8. Expositi sunt habiles ad omnes dignitates.
9. Expositi reputantur legitimi: & n. 10.
11. De expositorum materia, & ad varias questiones.

QUAMVIS plures DD. teneant expositos non admitti ad Archiepiscopatus, Episcopatus, aut dignitatum, & officiorum apicem, quæ sanguinis puritatem requirunt, nec etiam ad Habitus Militares, ut multis citatis tenet Girond. de Episcopatus ratione & necessitate, lib. 2. disput. 1. num. 1. & seqq. Fermosin. in cap. fin. de filiis presbyteror. pag. 182. quest. 1. num. 1. & 2. ubi alios refert, & ultra eos probat Scano dict. cap. 2. num. 24. ex Lara de Capellaniis lib. 2. cap. 4. num. 37. cum seqq. Girond. de privil. num. 1443. Ricciul. de neophyt. cap. 7. num. 33. Scobar de puritate & nobilitate probanda, 1. part. quest 8 §. 3. n. 45. Gratianus forens. cap. 267. num. 24. Sanctarel. variar. resolut. quest. 44. vers. 3. in fin. Velascus de privileg pauper. part. 2. quest. 63. § 2. num. 199. & seqq. Ludovicus Bocher. de expositis num 6. fol. 16. Mend. de Ordinib. Militarib. disquisit. 3. quest. 5. num. 49. Garcia de benefic. part. 2. 7. cap. 3. ex num. 8. ex eo quia filii legitimi non solent exponi, sed potius qui nascuntur ex furtivis, & fornicariis congressibus: verisimiliusque esse eos

nasci contra matrimonium, qui sic à parentibus contemnuntur; certumque esse, ut centum expositis plusquam nonaginta sint illegitimi, cum multis exornat Boss. moral. part. 2. tit. 1. § 43 num. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. ubi multos refert, & exornat.

Et cùm ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem requiratur legitimitas in prole, ut diximus cap. 6 non debent admitti expositi; legitimi enim non reputantur, quia ut dixit Rota apud Seraphin. decis. 1081 exponens infantem repugnat valde legitimæ filiationi, quod etiam tradit Bonacini. de censur. disput. 7. questione 2. punct. 3. num. 10. Hurtadus disp. 2. de irregularit. difficultat. 14. num. 57. Marchini. de Ordine tract. 1. part. 10. cap. 1. definitione 1. Boscius dict. §. 43. n. 1566.

Quam opinionem contra expositos adeo acriter admisit Mendo ubi supra, num. 50 ut nec cum illis dispensandum fore testetur.

Tamen quia ista materia est favorabilis, & resoluta à Gregor. XIV. in bulla edita anno 1591. in favorem Confraternitatum ubi isti expositi educantur, ideo existimo ad Archiepiscopatus, Episcopatus, ad Ordines, officia, & beneficia, ac dignitates esse admittendos, ut in terminis tradit Girond. dict. cap. 3. per tot. ubi multos refert, & ultra eos Dian. Molphesius, Gratian. Sanctarel. Salas, Schillante, Præposit. Castrus Palau, Gibalinus Leander, quos refert Fermosin. dict. quest 1. num. 4 & in cap. fin. de præsumpt. quest 12. & fin. & ultra eos idem tradunt in terminis dictæ bullæ Pellizar. in manual. Regular. tom 2. tract. 7. cap. 5. num 70. Basil. Pont. de matrimon. lib. 11. cap. 9. num. 4. Boss. moral. variar. tom. 1 part 2. tit. 1. §. 43 num. 1569. Henr. in summa tom. 2. lib. 14. cap. 8. num. 10. lit. K in annotationib. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 30. Dian. part 10. tract 16. resolut. 96. vers. Probat 3. Gracia in politic. Regular. 1. part. tract. 3. difficult. 3. dub. 3. num 3. cum multis Boss. dict. § 43. num. 1569. eleganter etiam exornat Frances de Eccles. Cathed. cap. 28. num. 104. & seqq.

6 Adeò quod debeant admitti ad dignitates, beneficia, & officia, in quibus adsunt statuta de puritate sanguinis, quia eam habent ex iuris præsumptione, ut saepius iudicavit Rota apud Ludovisium *decis. 498.* & apud Coecin. *decis. 68.* Boss. *dict. §. 43. num. 1569.* & seqq. Frances *ubi suprà.*

Ideo expositos reputandos esse puri
7 sanguinis tenent plures apud Dian. *dict. resolut. 96.* Valenz. *conf. 90. num. 70.* Boss. *ubi suprà,* Frances *ubi proximè.*

8 Et sunt habiles ad Episcopatus, dignitates, & ad omnes Ordines, officia, & beneficia, neque ulla dispensatione Pontificis, aut Episcopi indigent, ut tenet Scan. *dict. cap. 2. num. 22.* & 29. Dian. *dict. resolut. 9.* Lessius *in 3.p. Divi Thome, cap. 9. de irregularit. dub. 1. num. 62.* Boss. *ubi sup.* Frances *ubi proximè.*

9 Reputantur enim legitimi, ut com-
muniter affirmant DD. Paleot. *de nobis & spuriis cap. 64. num. 3.* Faschal. *de vi-rib. patriæ potest. part. 1. cap. 6. num. 10.* Castill. *tom. 6. contr. cap. 124. num. 21.* Lezan. *in summa quæstion. regular. tom. 3. vrb.* Illegitimi regulares, num. 15. Basseus *in florib. Theologic. verb. Exposi- tūs, num. 2.* Bordon. *tom. 1. resolut. 12. num. 55.* Pellizar. *in manual. Regular. tom. 2. tract. 7. cap. 5. num. 70.* Machad. *en el perfecto Confessor, tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 17. document. 1. num. 6.* Castro Palao *tom. 6. disp. 6. punct. 9. n. 3.* Bossius *ubi suprà.* Frances *ubi proximè.*

10 Neque obstant quæ in contrarium adduximus, & alia quæ omisimus; ad omnia enim sigillatim respondet, & satifacit Bossius *dict. §. 43. num. 1572. us- que ad num. 1575.* Frances *dict. cap. 28. num. 104.* & seqq.

11 De expositis, & de eorum privilegio, & materia ad varias quæstiones, & ad omnes, quæ accidere possunt, sunt vi- dendi suprà citati, & maximè Bossius *dict. §. 43. num. 1576.* & seqq. Frances *de Eccles. Cathed. dict. cap. 28. num. 104.* & seqq. ubi omnia tradit.

C A P U T X.

An ignotis natus parentibus, vel de quibus utrum legitimè gene- raverint, dubitatur, in Epis- copum promoveri possit.

S U M M A R I U M.

1 An ignotis nati parentibus admittantur ad Episcopatum.

HAnc quæstionem latè resolvit Gi- rond. *de Episcopatus ratione, lib. 2. disp. 3. § 4 ubi num. 1.* resolvit affirmati- vè ex Avila *7.p. disp. 3. dub. 10.* & idem Girond. *vers. Secundus casus,* agit de il- lo qui quidem censebatur antea legitimus, & cœpit postea vel per infamiam, vel aliquo nomine illegitimus haberí; & ibi per plures casus resolvit.

C A P U T XI.

Utrum nobilitas, seu fidalguia, re- quiratur ad hoc ut aliquis ad Archiepiscopatus, aut Episco- patus dignitatem eligatur; & an ignobilis possit nominari.

S U M M A R I U M.

1 Nobilitas requiritur ad hoc ut aliquis ad Archiepiscopatus aut Episcopatus dignitatem eligatur.

2 Eadem nobilitas requiritur ad Ordi- nis Militaris Habitum.

3 Nobilitas requiritur in hoc Regno in Justitiae Rectore, & in omnibus Ma- gistratibus: & de ratione, num. 4.

5 De nobilitate, & fidalguia, quomodo probentur.

6 Utrum præstet Episcopum nobilem esse quam ignobilem, & an ignobilis pos- sit eligi.

Resolvenda est hæc quæstio affirmativè, ut experientia docet, quia iorum Nobiles, vulgo *Fidalgos*, ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eliguntur, ut in hoc Regno videsmus, & probatur per ea, quæ Barb. *de potest. Episcop. p. 2 alleg. 1.* eleganter cum multis tradit: Girond. *de Episcopatus ratione lib. 2. disp. 6. cap. 1. de nobilit. sacri Praesulis*, ubi eleganter exornat, & eruditè pertractat.

2 Et eadem nobilitas requiritur ad Ordinis Militaris habitus admissionem. Tarrifa *en la fundacion de la orden en el viage de Hierusalem, cap. 2. fol. 111.* Mendo *de Ordinibus Militaribus. disquisit. 2. quæst. 1. num. 10.* Burat. *decis. 42. num. 2.* Rojas *dec. 50.* Scano *in propugnaculo sacrae Religionis, discept. 3. cap. 3. n. 1.*

3 Quæ etiam nobilitas requiritur in hoc Regno in iustitiæ Rectore, & in omnibus Magistratibus, ut cum multis DD. diximus *in commentar. ad ord. tom. 1. tit. 1. glos. 5. per tot.* Marquez *de gubernatore Christiano lib. 1. cap. 2. §. 4.* Valasc. *de Judice perfect. rubric 4. annot. unica, num. 9.* Scobar *de purit. & nobilit. probanda, quæst 1 proœmial. §. 5. num. 3. & seqq.* Ribeiro *in lib. intitulato Lustre ao Desembargo do Paço, cap. 2. num. 162. & seqq.* exornat Valenz. *conf. 166. tom. 2.* Fragos. *de regim. Reip. 1. p. lib. 4. disp. 9. per tot.* Carvalh. *in cap. Rainaldus, de testam. 1. p. numer. 273.* Larrea *decis. 17.* Censal. *ad l. unicam, Cod. si quis Imperatori maledixerit, §. 11. pag. 78.* exornat Solorzan. *emblem. 52. n. 41. & seqq.*

4 Ratio in qua fundatur hæc resolutio consistit in præsumptione, quæ pro Nobilibus militat, ut exornavimus *in commentar. ad ord. tom. 3. lib. 1. tit. 24. gloss. 1. n. 7. & seqq.* Scan. *d. cap. 3. n. 2.*

5 De nobilitate & fidalguia, & quomodo probetur, & quis dicatur nobilis, diximus *tom. 1. d. glos. 5. num. 5. & tom. 3. d. glos. 1. num. 12. & seqq.* Scan. *d. cap. 3. per tot.*

6 Utrum autem præstet magis Episcopum nobilem esse, quam ignobilem; & an, & quando possit eligi in casu necessitatis ignobilis, tradit Girond. *d. disp. 6. cap. 2.*

Pars I.

C A P U T XII.

Utrum habens filios, vel nepotes possit ad Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari.

S U M M A R I U M.

I *Utrum habens filios, & nepotes possit ad Episcopatus dignitatem eligi: & n. 2. 3. & 4.*

Q Uamvis possit eligi in Episcopum, qui filios habet, aut nepotes, iuxta textum *in cap. Episcopus qui filios, 12. quæst 2.* & multi Episcopi habentes filios à Sede Apostolica ad Episcopatus fuissent promoti, ex rationibus de quibus Aug. Barb. *de potest. Episcop. p. 1. tit 2. glos 19. num. 30. in med. & seqq.* ubi multos refert, & non paucas authorities allegat.

Attamen contraria sententia mihi verior videtur, cum Navarr. *de spoliis clericor. §. 19. num. 2.* ex authent. *Quomodo oportet Episcopos, §. 1. collat. 1.* & ex textu *in cap. De Syracusano, 28. dist.* & ex rationibus de quibus idem Barbos. *d. gloss. 9. num. 26. & seqq.* quod antea dixit *tit. 1. cap. 3. num. 46.*

Et meritò, quia per filios Prælatorum Ecclesiastica solet periclitari substantia, ut ait Pelagius *in d. cap. de Syracusana, relato à Barbos. d. n. 46.*

Et contraria opinio procedit quando summus Præsul dispensat, ut ex Innocent. & Abb. tenet Navarr. *d. §. 19. n. 2.* ut dispensavit cum nobilissimo Episcopo Leiriensi Petro Vieira de Silva, qui multos filios habebat anno 1671.

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

C A P U T X I I I .

Untrum habens concubinam, vel uxorem, possit ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari: & quid si inscia uxore promotus, vel ordinatus fuerit.

S U M M A R I U M .

- 1 *Episcopo ordinando, aut eligendo concubinam habere nocet; uxorem non item, si iam non habeat.*
- 2 *Quid si maritus inscia uxore factus clericus electus fuerit ad Archiepiscopatum, & suscepit Ordines sacros, vel in Religione profitetur.*
- 3 *Idem etiam procedit si inter coniuges divorrium sit celebratum, nisi ex mutuo consensu coniuges ingrediantur Religionem: quod etiam post consummatum matrimonium facere possunt: & n.4.*
- 4 *Religiosus potest nominari ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem.*

Episcopo ordinando, aut eligendo concubinam habere, aut habuisse nocet; uxorem non item, si iam non habeat, & fuerit eius qualitatis, quæ proponitur in novella, de qua Arias de Meza lib.3. var. cap. 41. num. 18. de quo vide Aug. Barbos. de offic. & potest Episcopi part. 1. tit. 2. glos. 4. num. 5. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 13. cap. 13. quest. 7. Alzed. de præcellenti Episcoporum dignitate, 1. p. cap. 3. num. 64. cap. Catinensis, 61. dist. ibi: *Qui nec uxorem habeat, neque filios.*

2 *Quid si maritus inscia uxore factus clericus electus fuit ad Archiepiscopatum, & suscepit Ordines sacros, vel in religione profitetur? Totum est nullum, quamvis mulier consentiat vel per dolum, vel metum, ad textum in cap. Placet, in cap. Quidam, de conversione coniugatorum: cap. Notificasti, 35. quest.*

5. cap. Sunt qui dicant, 27. quest. 2. Sanch. 1 de matr. lib. 7. disp. 34. & 35. Basil. de matr. lib. 9. cap. 11. Gratian. tract. 1. definit. 5. add. 4. punct. 3. num. 46. & seqq. Mendo de Ordinib. disquis 5. quest. 3. n. 10.

Idem etiam procedit si inter coniuges divorrium sit celebratum. Basil. lib. 9. cap. 19. Dian. part. 3. tract. 4. resolut. 257. Scan. in propugnaculo Religionis, discept. 3. cap. 5. num. 5.

Nisi si ex mutuo consensu coniuges ingrediantur Religionem; quod etiam post consummatum matrimonium facere possunt, cap. Qui uxori em, 33. quest. 5. cap. Cum ad Apostolicam, de convergione coniugatorum; sine licentia Episcopi, nec alterius personæ. Thomas Sanch. de matr. lib. 7. disp. 32. num. 3. Cesped. de exemptis Regularib. dub. 56. Gratian. in politic. Regular. tom. 1. tract. 2. definit. 2. & dub. 10. punct. 3. num. 43. Scan. ubi supra, num. 2. In his enim terminis cum Religiosus possit in Archiepiscopum aut Episcopum eligi, ut cum multis tenet Barbos. de potest. Episcop. p. 1. tit. 1. cap. 3. num. 47. & seqq. Rojas de incompatibilit. pag. 308. tunc benè potest uxoratus esse Archiepiscopus, aut Episcopus.

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

C A P U T X I V .

Ære alieno gravatus an possit in Archiepiscopum, aut Episcopum eligi, aut in Religionem admitti.

S U M M A R I U M .

- 1 *Ære alieno gravatus an possit in Archiepiscopam, aut Episcopum eligi, aut in Religionem admitti; & quid in decoctoribus.*
- 2 *Limitatur in quinque casibus, de quibus etiam num. 3. 4. 5. & 6.*

Non solum debitores, sed & qui ad ratiocinia obligati sunt, non possunt in Archiepiscopatus, Episcopatus, aut Religionibus admitti, cap. Legem,

Legem, 53. dist. cap. unic. de obligat. ad ratiōm. latissimē Carol. Marant. respons. 51. p. 5. & disponit Bulla Sixti V. quæ incipit *Cum de omnibus*, expedita anno 1587. qua prohibentur admitti decoctores post dilapidatam rem familiarem & contractam ingentem vim æris alieni, quam Sixti V. dispositionem postmodum revocavit Clemens VIII. in Bulla quæ incipit *In suprema*, data anno 1602. quantum ad valorem professionis decernens, validam fore professionem emissam à gravato ære alieno, licet in certas pœnas incurvant, qui eum adniserint, ut testatur Scan. d. discept. 3. cap. 6. num 2. 3. & 4. cum quo venit limitanda prædicta resolutio in sequentibus casibus.

2. Limitatur primò prædicta resolutio, si debita sint incerta quantum ad personas, cùm restitutio fieri debeat pauperibus, & alicui in specie quis non sit adstric tus. Aragon. 2. 2. quæst. 83. art. 12. circa solutionem ad primum: Rodrig. tom. 3. regular. quæst. 10. art. 9. Fagund. de iustitia lib. 1. cap. 19. n. 5. Trullench. in Decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 22. n. 1. Sanch. lib. 4. in sum. S. Faust. lib. 5. in thesaur. Religionis, quæst. 134. Garcia in politic. Regular. tom. 1. tract. 2. definit 2. dub 9. n. 8. Pelliz. in manual. Regul. tom. 1. tract. 2. cap. 4. num. 46.

3 Secundò limitatur in eo, qui bonis cedit, quamvis bona non sufficient ad debita solvenda, de quo vide S. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 6. ad 3. Azor. lib. 12. cap. 5. quæst. 5. Sanch. ubi suprà, num. 8. Lessium de iustitia & iure cap. 16. lib. 2. dub. 8. Dian. p. 3. tract 2. resolut. 41. Lezan. tom. 2. regular. cap. 24. num. 17. Garcia cum aliis num 9. S. Faust. d. quæst. 134. num. 5. Dian. p. 4. tract. 4. resolut. 82. Bordon. de profess. Regular. cap. 3. quæst. 29. vers. 7. dubio.

4 Tertiò limitatur in eo qui ingenti ære alieno non fuerit adstric tus, ut quando debitum non fuerit supra vires facultatum, ut in prohibitione dicti motus docent Roderic. 2. tom. summæ, cap. 3. num 7. & tom. 3. quæst. regular. quæst. 10. art. 9. notabil. 2. Sanch. d. cap. 19. n. 24. Lugo tom. 1. de iustitia & iure, disp.

21. sect. 6. n 87. & 88. Fagund. ubi suprà, num. 5. Garcia num. 11.

Quartò limitatur in eis, qui absque culpa pervenerunt ad inopiam, & impotentiam solvendi creditoribus, ut tenet Sanch. suprà, num. 25. Fagund. num. 7. Garcia num. 11. Dian. d. resolution. 81. Bonacin. de restit. disp. 1 q. ultim. punct. 2. §. 1. n. 8.

Quintò limitatur in debtoribus ex promissione liberali, ut ex donatione, quia propriè non possunt dici ære alieno gravati. Sanch. num. 10. Dian. d. resolut. 82. vers. Notandum est, cum aliis Garcia suprà, num. 13. ubi quod donationes liberæ non possunt hoc impedire, nec donator potest compelli, nee carcerari à donatario, ut ex Hermosill. prosequitur Scan. d. cap. 6. num. 13.

C A P U T XV.

Utrum criminosi possint in Archiepiscopos aut Episcopos eligi, ac in Religionem admitti.

S U M M A R I U M.

I Utrum criminosi possint in Archiepiscopos, aut Episcopos eligi, ac in Religionem admitti: & n. 2. 3. & 4.


Q Uamvis criminosi non videantur exclusi, multos enim delinquentes admissos suisse notant Portel. in dubiis regularib. verb. N. vitii qualitates, num 12. & in tem. de responsis moralib. p. 1. cas. 7. & 8. Garcia in politic. Regular. tom. 1. tract. 2. difficult. 2. dub. 9. n. 2. Scan. d. discept. 3. cap. 7. n. 2.

Attamen qui crimen habent non possunt in Archiepiscopos, aut Episcopos eligi, ut probat textus in cap. Catinensis, 61. dist. ibi: Neque crimen aliquod; ut unico verbo notat Barbos. de potest. Episcopi p. 1. tit. 2. gl. 4. num. 9.

Necue in Religione admitti, ex Bula Sixti V. de qua Scan. d. cap. 7. num 3. quæ prohibet ne ad Religiones admittantur

tantur qui in sæculo criminosi fuerint, delictaque perpetrassent; & irritam susceptionem habitus, professionemque eorum nullam esse declarat, & decernit: de qua constitutione meminerunt Roderic. quæst. regular. tom. 2. quæst. 2. art. 3. Garcia ubi suprà, num. 3. Pelliz. in manual. Regular. tom. 1. tract. 2. cap. 3. Quarant. in sum. Bullarii, verb. Monasteria & Conventus, Graffis de effectibus clericat. 1. effect. n. 1142.

4 Quod tamen Clemens VIII. reformatum quoad eam partem quâ irritat professiones admissorum ad Religionem, easque nullas declarat, & decernit; reducens prædictam constitutionem ad terminos iuris communis, & Sacrorum Canonum, prout testantur Sanch. in summa, lib. 4. cap. 19. num. 21. Portel. d. cas. 7. & 8. Peyrin. de Prælato, quæst. 3. cap. 1. num. 6. & 7. Lezan. tom. 1. regular. cap. 24. num. 15. Garcia ubi suprà, num. 5. Mendo de Ordinid. Militarib. disquisit. 2. quæst. 2. num. 78. Barbos. de potest. Episcopi alleg. 101. num. 42. Carleval. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 449. latè Bordonus de professione regulari cap. 3. quæst. 23. & ad varias quæstiones vide Fermosin. crim. tract. 1. cap. 4. de accusat. pag. 29. & seqq.



C A P U T XVI.

Utrum corpore vitiati, infirmi, & insani possint in Archiepiscopos eligi, ac in Religione admitti.

SUMMARIUM.


- 1 Corpore vitiati inhabiles sunt ad munera Ecclesiastica exercenda.
- 2 Deformitas corporis animi deformitatem ostendit.
- 3 Infirmi etiam actualiter, vel habitualliter an possint eligi.
- 4 Insani an admittantur.

IN hac materia est certum, quod corpore vitiati inhabiles sunt ad munera ecclesiastica exercenda, ut ex titulo *de corporis vitiatis*, probant DD. Bordon. de professione regular. cap. 3. quæst. 14. Marant. respons. 64. p. 5. Tamburin. tom. 3. de iure Abbat. disp. 6. quæst. 3. num. 29. Garcia in politic. regular. tom. 1. tract. 2. different. 2. duda 11. punct. 3. n. 4.

Deformitas enim corporis animi deformitatem ostendit, cap. Cum infirmitas, de pænitentia: exornat Scan. in propugn. Religion. Militar. discept. 3. cap. 8. num. 3. & 4.

Infirmi etiam actualiter, vel habitualliter, quibus scilicet persæpè advenit aliqua gravis infirmitas, ut fatigatio cordis, non possunt admitti. Garcia ubi sup. num. 3. Lezan. tom. 4. verb. Professio, num. 18. à S. Faust. in thesaur. lib. 5. quæst. 212. Bordon. ubi suprà, quæst. 16.

Insani quoque non admittuntur, quia sunt incapaces, cap. Sicut, de Regularib. de cuius conclusionis limitationibus, & declarationibus latè agunt Sanch. in Decalog. lib. 4. cap. 1. num. 5. & lib. 5. cap. 4. n. 53. Suares de Religione tom. 3. lib. 5. cap. 4. Tamburinus tom. 3. disp. 6. quæst. 3. num. 2. Bordon. de profess. regular. cap. 3. quæst. 8. n. 41. Hieronym. Garcia difficult. 2. dub. 6. Mirand. tom. 1. quæst. 17. art. 5 conclus. 3. Peyrin. de Prælato, quæst. 3. cap. 1. num. 37.



C A P U T XVII.

Quæ ætas requiratur ad hoc ut aliquis eligatur ad Archiepiscopatus dignitatem, aut Episcopatus dignitatem.

SUMMARIUM.

- 1 Quæ ætas requiratur ad hoc ut aliquis eligatur ad Archiepiscopatus dignitatem: & num. 2.
- 2 Impubes si consecratur, quid dicendum.

AD Episcopatus culmen nemo promoveri potest ante annum trigesimum, ut habetur *in cap. Quicumque*, 77. *dist.* postmodum vero, ex constitutione Alexandri III. in Concil. Lateranensi superadditum fuit ut exegerit trigesimum annum, *in cap. Cum in cunctis de electione*, ubi Barbos. & Fermosin. Azor. *Instit. moral. lib. 6. cap. 5. in princip. Guttier. canonicar. lib. 1. cap. 28. n. 39.* Cardos. *in prax. verb. Episcopus. n. 2 Castro Palao oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 3. num. 1.* cum multis Aug. Barbos. *de pot. st. Episcopi p. 2. alleg. 1. num. 26. & 27.* ubi quid in Regno Franciae: late Narbona *de etat. anno 30. quæst. 2. num. 4. & quæst. 5. & quæst. 8. num. 4.*

2 Itaque non amplius satis est attigisse prædictos 30. annos, nisi expleuisse patet, ex Rebus. *in prax. beneficial. rubric. Requisita ad collationem bonam. num. 37. licet Glof. in cap. unico, vers. Compleverint, de etate, & qualitate in 6. dixerit Episcopum esse posse, qui trigesimum ingressus est annum: cui respondetur per Barbos. *d. alleg. 1. num. 28. Narbona de etatis anno 30. quæst. 5. & num. 2.**

3 Impubes autem si consecraretur nihil ageret, ex Divo Thom. *ad 3. p. Summae, quæst. 39. art. 2. Henr. in summ. lib. 1. cap. 21. §. 4. & lib. 10. cap. 14. §. 3 Silvest. verb. Ordo 4. num. 1. Menoch. *de arbitr. cent. 5. cas. 427. num. 10. August. Barbos. dict. alleg. 1. n. 29. de quo etiam vide Narbona dict. anno 30. quæst. 5. n. 5. & seqq.**

4 Contrarium tamen resolvit Bonacin. *de Sacram. disp. 8. quæst. unic. part 5. n. 5. Suarez tom. 5. disp. 31. sect. 1. num. 29. Alter. de censur. tom. 2. disp. 10. cap. 1. dub. 3. idem Bonacin. de censur. extra Bull. disp. 3. quæst. 1. punct. 2. num. 10. Sanchez in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 32. num. 4. quos refert Barbos. ubi supra.*

C A P U T XVIII.

Quo iure Regi, ac Principi nostro competat ius patronatus circa electiones ac nominationes Archiepiscopatum, aut Episcopatum sui Regni; & quomodo à summo Pontifice concedatur talis dignitas.

S U M M A R I U M.

- 1 *Electio Episcorum jure regaliæ usurpata fuit ab Imperatoribus.*
- 2 *Electio summi Pontificis sine Imperatorum placito non fiebat.*
- 3 *Reges jus usurparunt nominandi Episcopos.*
- 4 *Patronatus jus inuscapibile est.*
- 5 *Gelasius II concessit Imperatori Henrico jus nominandi Episcopos.*
- 6 *Reges jus nominandi Episcopos quare desiderent: & num. 7.*
- 8 *Regum voluntas in electionibus Episcorum sui Regni necessaria est, ne pa- rum fideles Regi in Episcopos eligantur.*
- 9 *Assensus Principis temporalis ad elec- tionem Episcopi sic necessarius est, ut in iherusalem Ecclesiæ desideretur, ut à Papa tanquam Principe temporali conferatur.*
- 10 *Rex cogi non potest admittere in Episcopos sui Regni sibi suspectos.*
- 11 *Prælatorum admissio in Regno dimum Reipublicæ temporali irrogare valet, ad quod vitandum tria reme- dia inueniuntur.*
- 12 *Jura Regibus competentia in electio- nibus, vel admissionibus Episcopo- rum sui Regni, qualia?*
- 13 *Reges patroni sunt Ecclesiæ majo- rum sui Regni.*
- 14 *Episcopi in principio Ecclesiæ eligeban- tur consensu sæcularium, & clerico- rum.*
- 15 *Episcopus primus in Ecclesia electus, omni*

- omni turbâ fidelium adstante fuit institutus.
- 16 Episcopus suffragio populi eligebatur.
- 17 Divus Ambrosius à Populo, & Clerico electus Episcopus Mediolanensis.
- 18 D. Ildephonsus à Populo, & Rege electus Archiepiscopus Toletanus.
- 19 Episcoporum electiones à populo fieri statutum sub Leone Papa.
- 20 Reges propter translatam à populo potestatem gaudent jure nominandi Episcopos.
- 21 Sacerdotes apud Romanos suffragio populi eligebantur.
- 22 Reges jure nominandi Episcopos gaudent apud quamplurimas nationes.
- 23 Regum Hispaniarum jus ad electiones Episcoporum suorum Regnum non provenit à jure temporali regalico, immò omne rejiciendum est.
- 24 Reges Hispaniarum à tempore Gothorum eligunt Episcopos Hispaniae.
- 25 Reges Patroni sunt Ecclesiarum sui Regni.
- 26 Goths Reges qualiter eligebant Episcopos.
- 27 Toletanus Archiepiscopus in Regis Hispaniarum absentia eligebat Episcopos.
- 28 Reges Hispaniarum nunquam iuspatronatus eis competens ad electiones Episcoporum amiserunt.
- 29 Sextus IV. Regibus Hispanis Bullâ Apostolicâ latâ iuspatronatus eis cōpetens confirmavit, & concessit denū.
- 30 Pater Mariana negavit directo jure competere Regibus Hispanis electiones Episcoporum.
- 31 Lusitanorum Reges ac Principes, Hispaniarum quoque Reges patroni sunt Ecclesiarum sui Regni.
- 32 P. Marianæ in denegatione Regij patronatus nihil dandum: & num. 33.
- 34 Patronatus Regius, et si antiquâ tantum consuetudine valeret, legitimus est.
- 35 Concilium Tridentinum Regibus reservavit iuspatronatus eis competens jure regalico.
- 36 Concilium Tridentinum non derogavit patronatum Regibus competentem.
- 37 Pontificium mandatum derogans jus competens Regibus in electionibus Episcoporum, suspendendum est usque ad certiorandum Pontificem.
- 38 Casus referuntur, in quibus Episcoporum provisio à Papa facta in derogationem jurium Regis fuit suspensa usque ad certioranum Pontificem.
- 39 Episcoporum electio difficultares est.
- 40 Reges Hispaniarum non ex propria voluntate, sed consilio prudentium Episcopos eligunt.
- 41 Consiliarij supremi, quibus competit consultare Regi, quos nominat ad Episcopatus, qualiter procedere debant in consultatione.
- 42 Rex an possit nominare ad Episcopatus alios, quam à suis Consiliariis propositos.
- 43 Papa an possit non admittere propositum à Rege ad Episcopatum.
- 44 Rebuffus quid senserit in hac quæstione?
- 45 Pontifici remittitur resoluenda quæstio.
- 46 Rex si simoniacè elegit Episcopos, Pontifex potest non admittere nominationem.
- 47 Rex si indignum nominet ad Episcopatum, potest à Papa non admissi.
- 48 Electus presumitur dignus.
- 49 Rex an teneatur eligere digniorem ad Episcopatum.
- 50 Papa tenetur eligere dignorem ad Episcopatum ex propositis à Rege, si Regi tantum competit propositio.
- 51 Papa tenetur confirmare dignum à Rege electum ad Episcopatum, dum tantum confirmatio competit Pontifici, & Regi electio.
- 52 Episcopus confirmatus intra quod tempus confirmationem petere teneatur.

COgnita itaque qualitate & capacitate eorum, qui eligi aut nominari possunt ad Archiepiscopalibus, aut Episcopiscalis celitudinis dignitatem, sequitur ostendere ad quem pertineat eorum nominatio ac electio, confirmatione? Et utendo verbis ac discursu Doctissimi Gonzal. de leg. lib. 2. cap. 11. constabit resolutio: unde notandum est quod Regalico jure fuit usurpata Prælato-

latorum electio, tam ab Imperatoribus Orientalibus, quam Occidentalibus, ut de Nicephoro Phoca, qui constitutionem edidit vetantem ut nullus Episcopus sine Imperatorum jussu eligeretur, relatam à Gothofredo *in constit. Imper. cap. 4. fol. mibi 499.* scribit Zonaras *tom. 3. ann. 961.* sed postea revocata fuit à Basilio Porphyrogenita Orientis Imperatore: & Alexius Comnenus elegit Metropolitanum Basileæ: & Theodosius Imperator, & Arcadius, mortuo Nestorio Ioannem Chrysostomum Antiochenum Presbyterum ad illam Ecclesiam accersiverunt. Socrat. *Histor. Ecclesiast. lib. 7. c. 29.* Fermosin. *in cap. Cùm Ecclesia Sutrina, 3. quæst. 2. de caus. poss. & propr.*

² Nec tantum Episcopatum electiones ambire ausi fuerunt, sed electionem summi Praesidis, ac Patroni Ecclesiae usurpare conati sunt: quod à tempore Iustiniani Imperatoris, quo Narses Italiæ ora à Gothorum sævitia liberarat, usurpatum legimus. Testis est Platinus, Ciacion. Gualter *in vita Sylvierij Pontificis.* Theodatus Rex Longobardorum Sylvierium Pontificem creari fecit contra decreti rationem, à quo jus eligendi Pontificem Imperatori concedunt taliter, ut electio Pontificis sine assensu Imperiali non fieret, ex Platin. *in Gregor. I.* usque ad tempora Iustiniani II. qui in manus Constantini I. Pontificis hoc jus remisit, quamvis alij sanctitate, & humilitate Pontificis Benedicti II. ab Imperatore Constantino Pogonato fuisse renuntiatum referant, ut Platin. *in Benedict. II.* quo jure usi fuerunt aliquando Clerus, & Populus Romanus à tempore Bonifac. III. quamvis necessaria fuit post populi electionem confirmatio Imperatoris, ut scribit Platin. *in Bonifac. III.* vel Exarchæ Italæ, Platin. *in Severin. I.* taliter ut Gregor. IV. teste Platin. prius Pontificis munus accipere renuit, quam à Ludovico Imperatore sua confirmaretur electio, usque ad tempora Caroli Magni, cui jus eligendi Pontificem concessit Adrianus I. *cap. Adrianus, 22. cap. In synodo, 63. distinct.* Marc. Anton. Sabellius *lib. 8. Aineidos*

6. Fermosin. in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. num. 1.

Quod absolutè renuntiavit Ecclesiæ Ludovicus primus, ut ex canone *Ego Ludovicus, 63. dist.* scribit Volaterran. *lib. 3. Geographia, cap. de Pepini & Caroli gestis, fol 21.* S. Antonin. *histor. part. 2. tit. 16. cap. 1 §. 2.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 4. cap. 2. quæst. 2. & 3.* qui hanc historiam diffusè narrat. Barbof. *cap. Adrianus, num. 7. 63. distinct.* & sic generaliter, ut nec Imperialis, nec Exarchica authoritas ad electionem Pontificis desideraretur, sed illicò Pontifex haberetur quem Populus, & Clerus Romanus eligerent. Platin. *in Benedict. II.* Fermosin. *in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. num. 4.*

Quod postea Imperatores irremissibile esse jactitantes, electionem Summi Pontificis ad se pertinere dicebant, privilegio ad id rogato postea à Leone III. per Imperatorem Othonem. Platin. *in Leone II.* in quo si exornare vellem hanc conclusionem authoritate, ac lectione, nihil aliud facerem quam transcribere quæ Petr. Gregor. Tolos. *ad Decret. cap. 5. de elect.* refert. Sed cum plagiariè non conuinci studeam, vide Petr. Gregor. ubi omnia eruditione magna à tempore Constantini usque ad nostrum tempus collecta inuenies; & *lib. 25. syntagma. cap. 3. ad num. 19.* Vincent. Cabot. *var. disp. lib. 1. cap. 5.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 4 ex cap. 2 & optimè tradit Fermosin. in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. per totam.*

Reges etiam id sibi jus arrogarunt; ³ nam Henricus I. Angliae Rex Episcopatum electiones usurpavit. Polydor. Virgil *lib. 11. hist. Engl.* Petr. Gregor. *lib. 15 syntagma. cap. 12. num. 11.* Clodomirus Gothorum Rex Archiepiscopum Turonensem elegit. Gregor. Turon. *lib. 3. & Gruntanus Episcopum Biturigum,* teste eodem Gregor. *lib. 6.* ut de Suevissensi Ecclesia, & alijs testatur Renat. Chopin. *de sacra Politia lib. 1. tit. 7. ex num. 22. usque ad fin.* de Ecclesijs Hungariæ Naucler. *generat. 37.* Fermosin. *suprà.*

Tamen cognitum est partim in usu-

capibile esse, *cap. Anobis*, & ibi Abb. *de jure patronatus*, *lib. 1. tit. 15. part. 1. Alexand. consil. 74. lib. 4. Couarr. regul. Posseffor, 2. part. §. 10. num. 4.* partim verò ut legitimo modo exequeretur, diversis privilegijs Regibus fuit concessum, ut Prælaturas, Episcopatus, & Archiepiscopatus suis in Regnis eligerent, ac nominarent.

5. Primùm à Pontifice datum credo, quod in Concilio Romano habito anno Domini 780. concessum fuit Carolo Magno, ut eligeret Episcopatus, & Archiepiscopatus, *cap. Adrianus, 63. dist. Marc. Anton. Sabellic lib. 8. Aeneid. 8. Bozius de signis Ecclesiæ lib. 9. sign 79. & de stat. Italiae lib. 3. cap. ultim. Uvald. de dignitat. Reg. cap. 20. num 16. Iul. Lauor. variar. tom. 1. tit. 4. num. 23 & 24. Fermosin. dist. quest. 3. num. 1.*

Quod jus Ludovicus Imperator renuntiavit Paschali I. ut Platina in eo, ibi: *Ludovicum liberam eligendorum Episcoporum potestatem Paschali dedisse, cum anteà eā quoque in re Imperatores consularentur.*

Sequenti tempore Henricus Imperator minis & terroribus à Paschali II. extorsit privilegium, & inuestituras Episcoporum: quod Synodo habitâ Romæ recusavit idem Paschalis, quod iterum fecit in Concilio Lateranensi habito anno 1116. Sed quia Imperator renuntiare nollebat illud, à Callisto II. & Gelasio II. excommunicationis vinculo fuit inno-datus: quâ territus, & quia Imperium à se defecerat, in Curia generali apud Vormiam habita in manus Legati Apostolici publicè usurpatum, & violentum jus resignavit. Abb. Urspergensis in *Chronico*, anno 1123. Ciacon. in *vita Paschal. II. & vita Callist. II.* qui concesserunt Imperatori, ut Episcopi omnes, tam Cisalpini, quam Transalpini non prius Episcopi ordinarentur, quam voluntate Imperatoris fuissent electi. Albertus Krantz. *lib. 5. cap. 34. 37. & 38. Gothofred. Uviterniens. in chron. cap. 17. in Henric. V. Petrus Gregorius Tolos. lib. 5. syntagmat. cap. 12. num. 10. & ad Decretal. de election. cap. 5. num. 14. & 15. Fermosin. ubi supr. a.*

Ex quo omnes Reges desiderarunt 6 hoc jus habere. Primò, ne vassalli tot sumptibus Romanam adire cogerentur, ut de Rege Castellæ Camil. Borel. *de præst. Reg. Catholic. cap. 50. & 51. Moscon. de Maest. Eccles. cap. 8. §. 1. & 2. lib. 1. part. 1. Moneta de commutat. ultimar. volunt. cap. 11. num. 122. Vivian. de jure patron. lib. 3. cap. 1. num. 37. & lib. 11 cap. 12. num. 2. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 218. August. Barbos. de jure ecclesiastic. lib. 1. cap. 8. num. 84. Fermosin. dict. quest. 3.*

Secundò, ut saniori jure electiones 7 subsisterent, & nullum jus eis in re tam spirituali sine Pontificio jure compete-ret, cùm ad acquisitionem necessarium privilegium esset, *cap. Nobis, de jure patron. cap. Hinc est etiam, 19. quest. 1. Rebuff. in Concord. tit. de Reg. ad Præl. no-min. fol. 542. lit. B. Fermosin. dict. quest. 2. & 3.*

Tertiò, ne exterri, parumque fideles 8 ac suspecti Episcopi ad Episcopatus proveherentur: quapropter cautum fuit, ut post electionem Episcopi à Cle-ro, vel populo factam, Regi adducerentur, ut in electum consensum præberet (tanta curâ; solicitudineque ut esset, à Pontificibus prospiciebatur pro con-servatione Reipublicæ temporalis,) *cap. Cum terra 14. cap. Quod sicut, de electio-ne, cap. De hoc, de simonia, cap. Reatina, cap. Lectis, 63. distinct. Host. dict. cap. Cum terra, & ibi Ancharen. num. 5. & Abb. num. 7. Francisc. Marc. decis. 44. Imola cap. Quod sicut, num. 3. de elect. Azor com. 2. instit. mor. lib 4. cap. 2. quest. 3. ad fin. Barbos. cap. 1. num. 4. 63. di-stinct. Fermosin. dict. quest. 3. num. 8.*

Et taliter ex illa causa necessarius est 9 assensus & notitia Principis temporalis, ut in terris Ecclesiæ, et si notitia Pontificis ad confirmationem electionis Episcoporum (in terris ubi electio ad Capitulum pertinet) desideretur ex sacris Constitutionibus, adhuc necesse fit, ut Pontifex tanquam Princeps temporalis de electione Prælati certioreetur, *cap. Cum inter universas, 18. de elect. ibi: Per quos à nobis vice Regia postuletis assensum, & Apostolice confirmationis gratiam re-quira-*

Pars I. Cap. XVIII.

43

quiratis. Et ibi Abb. num. 6. & Anton. de Butr. m. m. 14. & Imola, & Fermosin. in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, de caus. poss. quæst. 2.

10 Nec potest Rex cogi ad admissionem Prælati sibi suspecti in regimine temporali, ut scribit Abb. in cap. 1. num. 9. de elect & in cap. Cùm terra, eodem titul. Butr. Hostiens. Bald. Zabar. Acharan. Ioan. Andr. & Bellam. Henric. Boic. cap. Super his, num 17. de elect. Boisio direct. leet. part. 1. cap. 6 num. 3. & 4. Marius Mut. ad c. Regn. Sicil. cap. 21. num. 35. Carol. de Graf. de effect. cleric. effect. 1. numer. 1039. Francisc. Marc. decis. 355. n. 5. Conrad. in Temp. judic. lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2. num. 4. Palac. Rub. in præfat. rubric. de donat. inter vir. num. 28. 29. & 30. Gonzalez reg. 8. Cancel. gloss. 1. num. 166. et si de eo provisio facta sit à Papa, prout etiam testatur Fermosin. dict. quæst. 3.

11 Sed cùm hæc Prælatorum admissio damnum quām grande valeat Reipublicæ temporali adducere, tria fuerunt remedia inventa ad ei obviandum.

12 Assensus Principis secundūm dispositionem dictorum capitum: jus patronatus Regibus competens in electionibus Episcoporum.

Vel post nominationem, electionem, & confirmationem Pontificis, placet Principis temporalis ad apprehensionem possessionis, quā utuntur Mediolani, ex Conrad. in Templ. judicum, lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2. num. 4. cum multis Fermosin. in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. num. 1. & seqq.

13 Et cùm jura nostra de Patronatu Regio loquantur, & hoc jure mediante Reges nostri ad electiones Episcoporum, & nominationes procedant, antequam ad jura ex privilegio eis competentia perveniamus; ab exteris scriptorum monumentis inveniemus consonam, ac receptam consuetudinem, ut Reges patroni sint Cathedralium Ecclesiarum suorum Regnum, ut de Regibus Galliæ, Hungariæ, & Angliæ testantur Guillelm. Benedict. & Aflict. relati à Camill. Borel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 50. num. 7. & seqq. Speculat. tit. Ne Sede vacante.

Pars I.

Oldrad. conf. 1. Renat. Chopin. de Dom. Franciæ tit. 4. num. 9. Cevall. comm. quæst. quæst. 897. ex num. 464. de elect. Regni Siciliæ: Mar. Cutell. ad ll. Siciliæ, ad ll. Federic. not. 87. Barbos. cap. Cùm terra, num. 9. de elect & cap. Nullus 1. num. 9. 63. dist. latè exornat Fermosin. in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. per tot.

Quod potuit illo inniti principio, quod tanquam cætera jura Regibus cōcessa à populo cum translatione dominij, & hoc jus fuit translatum, prout testatur Fermosin. dict. quæst. 3.

Quia nascentis Ecclesiæ primordijs 14 Antiftites eligebantur pariter consensu Sæcularium ac Clericorum, ut ex Greg. in cap. Quantò, Gelasio cap. Plebs, & Nicolao c. Episcopos, Stephano cap. Nosce, 63. dist. cap. Episcopus, cap. Nullus, cap. In ordinatione, & aliis, 67. dist. Fermosin. dict. quæst 3. num. 8.

Et si antiquam historiam recolimus, coram populo electionem Sacerdotis factam inueniemus: Num. cap. 20. Et impones eos in montem coram omni synagoga.

In prima Episcopi electione inuenie- 15 mus omnes fidèles coadunatos. Actor. cap. 1. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti.) Et vers. 20. Et Episcopatum ejus accipiat alter. Quod et si ad Petrum pertineret præcipua confirmatio, attamen omni interveniente populo fuisse factam sacra historia refert. Statuerunt duos, & orantes dixerunt. D. Athanasij. epist. 1. de persecuzione sua ad Theod. Sed secundūm Canones Ecclesiasticos, prout Apostolus præcipit, congregatis populis una cum Spiritu sancto, quem Episcopum constituunt.

Æqualis fuit ex mente D. Athanasij, 16 D. Ambrosij electio in Episcopum Mediolanensem, consentiente populo, & Clero temporibus Valentiniani, ut ex Theodor. lib. 7. tripart. capit. 8. scribit Nicephor. Callist. lib. 7. hist. capit. 8. Petr. Gregor. lib. 5. syntagm. cap 12. n. 8. Baron. annal. Eccles. ann. 374. Platin. in Anastat. 1. & Ciacon. in eodem, Fermosin. dict. quæst 3. num. 8.

Alias electiones populi suffragio fa- 17. cetas refert Renat. Chopin. Doman.

Franc. lib. 2. tit. 10. n. 2. & 3. & Fermosin. dict. quæst. 3.

- 18 D. Ildephonsi electionem à populo & Rege Rechesvindo factam refert novissimè ex Luitprando *in Chronic. num. 97.* Dom. Laurentius Ramires de Prado antiquæ lectionis fidus & verus investigator *in notis illustr. ad Luitprand. n. 97.*
- 19 Sub Leone Papa I. *epistol. 82. alias 84. cap. 5.* & in Concilio Aurelianensi fuit cautum, ut populi placito electiones Episcoporum fierent: de quo vide Vincent. Cabot. *variar. disput. lib. 1. cap. 4.* Petr. Gregor. *de election. cap. 5. num. 2. & num. 16 & 17.* qui memorat rationes, quare fuerunt moti Pontifices ad abollendam factam à populo electionem Prælatorum: quod refert Platin. & idem Petr. Gregor. *lib. 15. syntagm. cap. 12. n. 7. & 8.* Barbos *in Pastor. tit. 1. cap. 3. num. 4 & in cap. 1. num. 1. 2. & 3. 63. dist. Bobadill. lib. 2. polit. cap. 18. num. 222.* Alzed. *de election. Episcoporum. cap. 3. num. 1.* Fermosin. *dict. quæst. 2. & 3.*

- 20 Atque quidem justè, propter populi ad Principem translatam potestatem voluit Renatus Chopinus *de sacr. Polit. lib. 1. tit. 7. num. 10.* ut vacuo Episcopatu solus Princeps Regali uteretur conferendi Sacerdotij prærogativâ, ut testatur etiam Fermosin. *d. quæst. 3.*

- 21 Sed ne Ecclesiasticarum Historiarum tantum seriem attingamus, jure etiam sacerdotali, antiquitusque apud Romanos recepto varia fuit Sacerdotum electio: & abstracto illo principio, quo Reges pariter ac Sacerdotes erant, ut scribit Xiphilin. *in Pompeio, Plutarch de Isid & Osirid.* Tullius *lib. 2. de legib.* Dion. Cass. *lib. 53. histor.* Livius *lib. 1. histor.* Virgilius ibi:

Rex Anius cùm Rex hominum, Phœbique Sacerdos.

Balduinus *ad ll. Romul. l. 2. num. 2.* apud Græcos Prytanea sacra peragebantur ab his, qui potestatem summam habebant, & apud Ægyptios. Plato *lib. 16 de Regno,* Ælian. *lib. 14. antiq. c. 26. de sacerdotibus,* Druides apud Gallos in honore fuere. Iulius Cæsar *de bell. Gallic.* quod jus divisum tempore Turni, ac Latini legitimus ex Virgil.

Sacra Deosque dabo, sacer arma Latinus habeto.

Rosinus *antiquit. Roman. lib. 3. cap. 5.*

Ad jus eligendorum Sacerdotum deveniamus. Et primò patet ex lege Romuli cautum fuisse, ut singulæ Curiæ sibi Sacerdotes eligerent. Dionysius Halicarn. *lib. 2.* quod multo tempore invaluit: contra quod jus fuit lata prima Licinia à quinto Licinio Crasso, quamvis non fuisse prolata quoisque tertio C. Marij Consulatu C. Domitius Tribunus plebis tulit, ut Sacerdotes, quos collegæ sufficiebant, populus crearet, lata i. Domitia de Sacerdotijs: quamvis ut Cicer. *2. Agrar.* non omni pleb, sed ad minorem partem selectam hoc jus fuisse translatum referat quæ à L. Sylla sublata, à T. Labieno Tribuno plebis fuere relata Consule Cicerone. Dion. Cass. *lib. 37.* ut scribit Cicer. *orat. 2. in Rullum.* Adebat etiam & i. Tullia de Sacerdotijs, ex Anton. August. *de legibus, tit. de leg. Domitiae & Julia de Sacerdotijs.* Fermosin. *d. quæst. 3. num. 4. & s. qq.*

Sequenti tempore Marc Anton Consul à populo eligendi Summum Pontificem potestatem abrogavit, & in uniuscujusque collegium translulit. Dion. Cass. *lib. 4. Histor.* quæ lex cum cæteris Antonianis sublata fuit. Ascan. Pedian. *in divinat. Ciceron. Manut. de leg. Anton.* Aug. *d. lib. tit. de lege Domitiae & Julia de Sacerdotijs:* Petr. Gregor. *ad Decretal. cap. 5. num. 15. & lib. 17. syntagm. cap. 12. num. 36.* Carol. Sigon. *de antiquo jur. Roman. cap. 9.* Balduin. *ad ll. Romul. lib. 5. n. 4 & 8.* Rosin. *antiquit. Roman. lib. 3. cap. 8. & lib. 8. cap. 1. fol. 640.* Fermosin. *ubi suprà.*

Sed sicuti Magistratum electio à populo in Reges abdicata fuit, pariter & Sacerdotum: quod à tempore Augusti, & cæterorum Romanorum Principum arbitrio executum recenset Rosinus *lib. 3. antiquit. Roman. cap. 8.* & de Nerone testatur Sueton. *cap. 2.* & Fermosin. *d. quæst. 3. n. 4.*

Nec nostros juris Professores latuit hanc Sacerdotum creationem à Principe fieri: nam jure Regalico, aut Imperiali ad eos pertinere dicit Modestin. *l. 1. ad l.*

Juliam

Pars I. Caput XVIII.

45

Juliam de ambit. vel ut Anton. August. de legib. tuul. de l. Julia de ambit. fensit, ad stabliendum jus summum Imperij hæc lex lata fuit ab Augusto : meminit Petrus Gregor. lib. 36. Syntagm. cap. 29. num. 3.

22 *Ex quibus juribus partim privilegio Apostolico , partim legitimâ consuetudine jus eligendi, vel nominandi Episcopos statuunt in Regibus Germaniæ, Angliæ, Hungariæ, Scotiæ, Saxonie, & Galliæ Carol. Graff. de jur. Regal. Franc. lib. 2. centur. 3. Anastaf. Germon. lib. 3. sacr. immunitat. cap. 12. à num. 30. Annæus Robert. lib. 3. rerum judic. cap. 1. Marth. de jurisdict. cap. 40. 2 part. num. 12. Fab. §. Habet, Instit. de mandato, Cevall. commun. quæst. 897. ex num. 468 Petr. à Monte in Monarch. Concil. in princip. cap 4. Castald. tract. de Imperat. quæst. 100. num. 14 Conrad. in Temp. jud. lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 10. Boer. decis. 32. num. 8. Bald. l. Rescripta, Cod. de precib. Imper. offer. Silva de benef. part. 2 quæst. 23. n. 23. Marth. de jurisdict. omn. judic. part. 2. c. 40. Guillelm. Benedict. cap. Raynunt. verb. Uxorem, decision. 2. num. 78. Petr. Gregor. de election. cap. 6. num. 23. Ugolin. de censur. part. 1. tab. 1 §. 10. num. 3 Bellug. specul. Princip. rubr. 11. §. Videndum , & ibi Camill. Borel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 53. Cened. quæst. can. 22. ex num. 26. August. Barb. in cap. Cùm terra, num. 9 de elect. Solorzan. de gubern. Indiar. lib. 3. cap. 2 num. 48. Et de Comitatu Flandriæ privilegium fuisse concessum Philippo II. Hispaniarum Regi à Pontifice Paul. IV. testatur Onufr. Panuin. in eum, cum alijs Fermosin. d. q. 3. num. 1. & seqq.*

23 *Rejecto autem illo Regali principio, ac protectorio , à quo patronatum in electione Episcopatum deducunt aliqui, Conrad. in Temp. jud lib. 1. cap 2. §. 3. Fermosin. ubi suprà : illo proveniente à tempore legis antiquæ, ubi Sacerdotes creari suffragio populi dixit Petr. Gregor. ad Decret. cap. 5. de elect. num. 23. & illo quo utitur Menchac. lib. 2. variar. cap. 51. num. 38. intendens deducere ratione superioritatis jus Regibus nostris ad præsentandum , & electionem Episcoporum ; cùm hæc omnia parum con-*

ferre inter Catholicos verissimum sit, immò ab ambitiosa cupiditate ortum habere dicat Renat. Chopin. Doman. Franc. lib. 2. tit. 10. num. 6. Palac. Rub. in præfat. rubr. de donat. inter vir. num. 28. versicul. Cessante.

Ad jus patronatus Regi Castellæ , & 24 nostro competens ad electionem, & præsentationem Episcoporum recurrendum est: quod à tempore Heruigij Gothorum Regis Hispanici anno Domini 685. & duodecimi Toletani Concilij deductum invenimus, capit. Cùm longè, 58. distinet. Roder. Archiep. Tolet. lib. 3. Concil. cap. 12. Didacus Perez ad l. 1. titul. 6 lib 1. ordinam. Camil. Borel. de Reg. Cathol. præst. capit. 50 num. 36. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. §. 10. num. 447. Perreyr. cap. 7. num. 25. Cabed. Patron. Reg. Coron. cap 8. Zevall. de cognit. ad tollend. vim, glof. 8. num. 16. Cened. quæstion. can. 22. num. 27. Salazar de Mendos de origin. dignit. Hispan. lib. 1. cap. 6. fol 8. Magu r. aduocat. armat. cap 9. num. 11. & 376. Renat. Chop. Doman. Franc. lib. 2. tit. 10. num. 6. cum multis Fermosin. in d. cap. Cùm Ecclesia Sutrina , quæst. 3. num. 1. & per tot.

Nec nostri instituti est Regibus no- 25 stris iuspatronatus generale , quod omnibus Regibus suis in Regnis competit ratione protectoris, assignare, cùm sint Patroni maiorum Ecclesiarum Reges suorum Regnum, capit. Lectis , 63. dist. Bald. cap. 4. de judic. colum. ultim. Anton. Corset. tract. de excellent. Reg. quæst. 34. Covar. in Reg Possessor, 2. p. §. 10 num. 5. Azor. p. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 18. Castald. de Imper. q. 100. num. 6. Zevall. quæst. 897. num. 379. Gonzal. regul. 8. Cancel. glof. 43 num. 60. Spin. specul. testam. glof. 4. num. 13. Cabed. de Reg. patron. cap. 37. à num. 2. & decis. 63. num. 3. p. 1. Cened. collect. 51. ad Decretum, Conrad. Temp. jud. lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 9. Vincent. Cabot. variar. disp. lib. 1. cap. 5. Petr. Gregor. ad Decret. cap. 5. de elect. num. 7.

Sed prænotare oportet, quod Patro- 26 natus jus Lusitanorum ac Hispanorum Regum omni tempore ex Apostolica concessione observatum, radicatum, nec amis-

amissum fuit: nam decedente Episcopo apud Hispanias, Episcopi conterranei obitum nuntiabant Regi, & Rex successorem eligebat, confirmationeque à Concilio Episcoporum expectabatur; quo usque sequenti tempore propter Provinciae longinquitatem, difficilemque nuntiatorum aditum fuit cautum, ut Archiepiscopi Toletani confirmatio sufficeret electioni, jisque conservaret legitimum, ut patet ex Concilio Toletano XII. can. 6. d. cap. *Cum longè. Marian. histor. Hispan. lib. 9. cap. 19. Bobadill. lib. 7. politic. cap. 18. num. 277. Anastaf. Germ. lib. 3. sacr. immunit. cap. 12 n. 40.* & adducti *suprà num. 24. Covarr. regul. Professor, 2. p. §. 10. num. 6. Menchac. contr. illustr. cap. 22. num. 16. Spin. spec. testam. glos. 4. num. 13. Gregor. Lop. l. 18. tit. 5. part. 2. Barbos. in Pastoral. 3 p. allegat. 57. num 87. Chassan. cathalag. glor. mund. 5. part. confid. 24. num. 194. Mar. Alzed. de Episcop. præcell. cap. 1. num. 2. & cum Salazar de Mend. & Martin. Mager. Advo- cat. armat. cap. 9. num. 11. & 376. & cap. 11. num. 21. Solorzan. de Ind. gubern. lib. 3. cap. 4. n. 31.*

²⁷ Nec tantum hæc confirmationis prærogativa concessa fuit Archiepiscopo Toletano; immò in eodem Toletano Concilio XII. statutum est, ut in Regis absentia ipse Archiepiscopus absolute Episcopos eligeret, ac nominaret, ut ex Canone 6. patet, & memorat D. Franc. Padilla *histor. Eccles. Hispan. centur. 7. cap. 57. Salazar. de Mend. de origin. dignit. Hispan. lib. 1. cap. 6. Marian. histor. Hispan. lib. 6. cap. 17.* ibi: *La segunda cosa fue dar al Arçobispo de Toledo autoridad para criar y elegir Obispos en todo el Reyno. Alzed. de Episcop. præcell. cap. 3. num. 7.*

²⁸ Hispaniarum miserā amissione, Maurorumque ingressu hoc jus non amissum, ut omitteretur necessitas continui belli coegit, quo usque sequenti tempore jure postliminij recuperatis Hispaniarum Provincijs, Ecclesiisque constructis, recuperatum fuit partim religione Regum, partim pietate Pontificum. Sic tempore Regis Alphonsi, vulgo *el Casto*, qui primus D. Iacobi Basiliacam construxit, hoc ius patronatus Re-

gibus competebat. Renat. Chopin. *de sacr. polit. lib. 1 tit. 7. num. 25. Didac. Perez l. 2. tit. 6 lib. 1. ordin. fol. 149. Guillelm. Benedict. in cap. Raynunt verb. Uxorem, dec. 2. num. 78. & 79.*

Bellis autem ingravescentibus, tam exteris, quam civilibus, parum à Regibus fuit provisum de conservatione inviolabili horum jurium, quo usque bellis pacatis hoc jus inviolabiliter observari debere Reges cognoscentes, ut conservaretur, ac observaretur magno perè fuerunt conati, in quo diversi fuerunt & casuum, & temporum successus, quo usque gubernans Ecclesiam Sixtus IV. privilegio Apostolico jus patronatus Regibus Hispanis competens ad electionem Episcopatum confirmavit, & si quid antiquo juri deficeret, auxit Bullā ad id latā, quam postea Adrianus VI. approbavit, ut DD. laudati numero sequenti referunt.

Et licet aliqui voluerint, quod non fuisse jur dicē hoc jus antiquo privilegio stabilitum, & quod Canon sextus Concilij Toletani nullum Regibus Hispaniæ jus tribueret, qualiter Marian. *histor. Hispan. lib. 25. cap. 5.* notat, ibi: *De esta manera en España los Reyes pertendian fundar el derecho de nombrar los Prelados de las Iglesias: (& miror quo jure Mariana hæc verba profert.) De mas desto el Pontifice Sixto por la muerte do Don Tñigo Manrique Arçobispo de Sevilla dio aquella Iglesia al Cardenal Don Rodrigo de Borja: cosa que sentio mucho el Rey D. Fernando hasta mandar prender a Pedro Luis Duque de Gandia, hijo que era de aquel Cardinal. Torcedor conque al fin alcanço revocada la primera gracia. Nam si ex canone Concilij Toletani hoc jus competebat Hispanis Regibus, ut lex voluit; aut ex consuetudine antiqua, & ex concessione Pontificis, ut Gregor. Lop. quare hoc potuit fundamentaliter Mariana exscribere, præsertim sui immemor? qui lib. 24. cap. 26. Inquit: *Juntamente se expedio una Bula, en que concedio el Papa à los Reyes de Castilla para siempre, que en los Obispados fueren elegidos los que ellos nombrassen, y pidiesen.**

Tamen ex omnium consensu est re-
ceptum

Pars I. Caput XVIII.

47

ceptum Regi nostro & Hispano electiones Episcoporum competere , jusque habere legitimū ad electiones Prælatorum , Episcoporum , Archiepiscoporum sui Regni , l. 18. tit. 5. p. 1. l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilat. Chassan. catalog. glor. mund. p. 5. consid 25. vers 99 Palac. Rub. de benef. in Cur. vac. §. 4. & 8. Didac. Perez d. l. 3. tit. 3. lib. 1. ordin. Azevedo d. l. 1. tit 6. lib. 1. recopilat. Menchac. contr illustr. lib. 1. cap. 22. num. 14. Spin. specul. testam. glos. 4. in princip. & num. 13. Ioan. Guttier. lib. 3. pract. quæst. 13. num. 72. Bobadill. lib. 2. politic. cap. 18. num. 215. Quintanad. lib. 1. Eccles. cap. 5. num 4. Azor. instit. mor. p. 2. lib. 10. cap. 7. quæst. 4. Fr. Manuel. Rodriguez. quæst. regul. tom. 2. quæst. 112. art. 3. Camill. Borel. de Reg. Catholic. præstant. cap. 50. Guillelm. Benedict. cap. Raynunt. verb. Uxorem , dec. 2. num. 78. Conrad. Temp. judic. lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 15. Covarr. reg. Possessor, 2. p. §. 10. num 5. Cened. Collect. 51. ad Decretum , num. 3 & canonic. quæst. q. 22 ex num. 27. & 28. Marth. de jurisdict. 2. p. cap. 40. num. 13. Acuña in com. ad cap. 2. n. 7. distinct. 23. Diana 3. p. resolut. moral. resolut. 62 in fin. Gonzal. reg. 8. Cancel. glos 24. num. 153. & glos. 51 num. 49. Aug. Barb. in cap. Cum terra , num. 7. & 8. & cap. 4. n. 28. & 29. Pereyr. p. 2. cap. 22. num. 14. vers. Quare, ad fin. & cap. 59. num. 15. Cabed. de Patr. Reg Coron. cap. 37. à num. 1. Isidor. Mosc. de Majest. Ecclesiast. lib. 1. p. 1. cap. 8. §. 1. & 2. Vincent. Cabot. var. lib. 1. cap. 5. Ioan. Kochier. tract. de prim. precib. Imperat. in proæm Vivian. de jurepatron. lib. 3. cap. 1. num 37. & lib. 11 cap. 12. num. 2. Ioan. Filaf. de sacr. Episcop. author. cap. 7. Ioan. de Balboa in cap. Cum Ecclesia Sutrina. num. 50. de caus. possess & propriet. Ramirez de Prado in not. illustr. ad Chronic. Luitprandi. num. 99. Garc. de benef. d. cap. 1. num. 218. Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 8. n 80. cum multis Fermosin. in d. cap. Cum Ecclesia Sutrina. quæst. 2. & 3. per tot. & ad rubric. de elect. quæst. 2. num. 7.

³² Hoc ius , quidquid senserit Marian. d. cap 5. lib 25. legitimū est , in quo tam parum auctoritatis adhibendum erit assertioni suæ, ut quod Ferdinandus Pi-

zarro en la censura à la historia de las Ordenes Militares , apponit ex mente Martialis epigram. ad Martianum,

Si cupis ut ploret , des Mariane nihil:
Ad hoc melius referendum judicem, ³³ cùm coarguat mentem Regis Catholici suum jus querentis conservare , paucis antè temporibus ab ipso Sixto IV. Hispanis Regibus concessum , ut ipse Mariana refert suprà.

Quæ omnia constant sive antiquo ³⁴ privilegio ex canone 6. Concilij Toletani XII. relato in d. cap. Longe, 63. distinct. Azevedo in d. l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilat. Covarr. in reg. Possessor, 2. p. §. 1. deducamus , sive ex antiqua consuetudine , ut voluit lex 18. tit 5. p. 1. & dicta lex 2. tit. 6. lib. 1. ordin. & ibi Didacus Perez ; & non ex nova Sixti IV. & Adriani VI. concessione, d. l 1. tit. 3. lib. 1. & Gregor. Lopez d. l. 18. refert quod ex Cevall. & è cæteris retulimus, & ultra eos Fermosin. d. q. 3.

Observandum quoque est , quod ex ³⁵ Concilio Tridentino sess. 25 de reformat. cap. 9. præcipitur , ibi : *Decernit sancta Synodus , ut titulus iurispatronatus sit ex fundatione, vel donatione, qui ex authentico documento , & alijs jure requisitus ostendatur , sive ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum , qui hominum memoriam excedat , aliasve secundum juris dispositionem.* Et postea: *Exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesijs competentiibus , & exceptis alijs , quæ ad Imperatorem & Reges , seu Regna possidentes, aliosque sublimes , ac supremos Principes jura Imperij in dominijs suis habentes pertinent.* In quo fuisse comprehensum hoc iuspatronatus in Rege Hispano existens, non est ambigui juris, præcipue cùm ei non competit solùm ratione Regaliæ: quod ex dicto canone Concilij sufficere poterat , ut ex verbis Concilij patet, quidquid dicat Diana resolut. moral. 9. part. tract. 1. de immunit. Eccles. resolut. 65.

Nam Reges possunt patronatus adquirere præscriptione , dum descendat à legitimo & possibili principio (qualiter ius Imperij, ut ex Concilij mente patet;) seu ex privilegio Summorum Pontificum,

tificum, & Bullis à Sixto IV. & Adriano VI. expeditis, ut tenet Dian. *dict. resolut.* 65. *in fin.* Balboa *in cap.* Cùm Ecclesia Sutrina, num. 50. de cauf. possess. & propriet. confirming antiquam consuetudinem in hoc Lusitano ac Hispano Regno præexistentem, ut *d. l. 18 part. & ordin.* demonstrant, & tenent Cabed. Barbos. & Cunha *ubi suprà, num. 31.*

36 Quod jus Regium illæsum remansit post dispositionem Concilij Tridentini. Cassad. Aimon. & cæteri relati à Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. glos. 18. num. 20. & glos. 24. num. 160.* Ioan. Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 13. num. 72.* Garc. *de benef. 5. p. cap. 1. num. 218.* & disputat Solorzan. *de Indiar. gubern. lib. 3. cap. 5. n. 11.*

37 Quare si lex, vel statutum feratur, ut Episcopi in Hispania admitterentur etiam sine Regis permisso, qui eos eligit, ut supponit Anastas. Germon. *d. lib. 3. cap. 12. num. 40.* habitoque personarum delectu, Cevall. *d. quæst. 897. num. 175.* Guttier. *Canon d. lib. 2. cap. 11. num. 2.* debere suspendi executionem illius legis, vel statuti hodie non dubito sine incursu excommunicationis, ut illibatum remaneat privilegium Regis, ut in terminis nostris, quidquid alias notavit, scribit Dian. *resolut. moral. 1. p. tract. 2. resolut. 62.* sequendo doctrinam Duardi *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 11. num. 59.* Marth. *de jurisdicç. 4. p. centur. 1. casu 46. num. 8. & 24.* quod sic observatum exponit Didacus Perez *l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam.*

Sic executum exposuit Marian. *histor. Hispan. lib. 2. cap. 16.* ibi: *En especial, que en aquel tiempo tenian introducida una costumbre, que ningun Obispo fuese en España elegido sino à suplicacion de los Reyes, y por su nombramiento: ocasion con que poco despues resultò otra contienda sobre la Iglesia de Tarragona, por muerte del Cardenal Andres Ferrer, la dio el Pontifice à uno llamado Andres Martínez: hizo resistencia el Rey Don Fernando con intento, que revocada aquella elección, se dijese aquél Obispado al Cardenal de España, como ultimamente se hizo. Acabose este pleito con otra reyerta semejante. El Pontifice Sixto conferiò quattro años adelante*

*el Obispado que vacava de Cuenca à Rafael Galeoto, pariente suyo Opusosse el Rey D. Fernando, y en fin acabò, que se dijese aquella Iglesia de Cuenca à Don Fray Alonso de Burgos su Confessor, que ya era Obispo de Coraova. Idem ait de provisio-ne facta in Cardinali Auzias Despuch, de Ecclesiæ Cæsaraugustana: & idem executum in Archiepiscopatu Mediolanensi à Phillipo II. Hispaniarum Rege, testatur Ripamont. *istor. Ecclesiast. Mediolanens. 2. p. cap. 18.**

Et cùm Regi nostro, ac Principi Lusitano, nec non Regi Catholico hoc ius patronatus circa electionem Episcoporum competat, & electio tñtae difficultatis sit, ut sicut Bellarm. *de offic. Princip. lib. 1. cap. 10.* inquit, Sanctus Gregor. vir sapientissimus & optimus r̄ unquam se immiscere voluerit in electionibus Episcoporum, ut ipse testatur, ne vide licet esset particeps peccati gravissimi, quod illi committunt, qui quoquo modo indignum eligunt, præattento præcepto Apostoli *1. ad Timoth. cap. 3.* quod adducitur *l. 22. 24. 31. 32. 36. usque ad 40. tit. 5. part. 1.*

Episcopos eligunt non tantum ex proprio placito, sed interveniente diligentia, de qua meminit Guttier. *Can. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 2.* Sic facit Catholicus, & prudentissimus Rex Castellæ, & noster, qui in eligendis Episcopis, ac in provisione Episcopatum, quorum ipse verus Patronus est, mirum in modum diligentiam adhibet, ac haberi semper sua instructione circumscriptâ sic providit, ut quotannis nomine Regio scribatur Prælatis suorum Regnum, ut eum suosque Regios Consiliarios certiores reddant virorum eminentiorum, & huic muneri Prælatorum præficiendorum convenientiorum doctrinâ, moribus, omniumque virtutum meritis, cæterisque requisitis in suis Diœcesibus existentium, ut ab his digniores in Prælatos elegantur. Cevall. *com. quæst. q 897. num. 475.* & de extcris Anastas. Germon. *sacr. immunit. cap. 12. num. 40.* tales viros Pontifici maximo non in Hispanis solùm, sed in Indis, & Neapolitano, & Siciliensi Regno præsentat,

Pars I. Caput XVIII.

49

sentat, qui Episcopali dignitate meritò ab omnibus digni existimantur, ut nominati fuerunt, & confirmati à S. Pontifice Domino nostro anno 1671. Regnante Petro Principe nostro totius Regni Dominatore & Regente.

⁴¹ Ex quibus cùm nominatio ad Prælaturas, Archiepiscopatus, & Episcopatus hujus Regni tantà adhibitá curà, ac præstata diligentia fiat, verissimè fateor Consiliariorum supremorum conscientiam gravari, si diligentiam quam maximum omittant in examine qualitatum præsentati, in quo eis, non Regi nostro accommodanda sunt quæ Tridentina Synod. circa Episcoporum electiones exposuit *sess. 24 de reform. cap. 1*. quia cùm Regi nostro nominationes Episcopatum competant, & Pontifici summo tantùm confirmatio præsentationis, cogitent supremi Consiliarij quantà extant necessitate compulsi scrutandi vitas, & mores illorum, quos ad Episcopatus Regi consulunt, ne malitia, ignorantia, commissione, omissione illud bonum opus indigno conferatur, vel incurvant in id, quod dixit D. Hieronym. in epistol. Pauli ad Tit. cap. 1. super verb. Et constitutas per Civitates, fol. mibi 198. ibi: *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non querant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant in Ecclesia prodeesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs definiti, vel pro quibus maiorum quispiam rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui clerici fierent, muneribus impetrarunt.*

⁴² Sed ut Fr. Ioan. Zapata *de justit. distribut. 2 part cap 6 num. 26* afferit, raro Rex Castellæ ad Prælaturas, & Episcopatus alios nominat, eligitve, quām à Consiliarijs suisve Consultatoribus propositos, vel ut voluit Marius Alced. *de præcell. Episcop. cap. 3 num. 13*. Rex tenetur digniorem eligere ex propositis à Consiliarijs suis sub peccato mortali; quod etiam nostro in Lusitanæ Regno observatur.

⁴³ Nunc verò sciendum est, num Pontifex possit electum nominatumve à Rege non admittere.

⁴⁴ In qua quæstione meum interponere
Pars I.

judicium temerarium esset, cùm Rebuff. in *Concordat. suo, tit. de Reg. ad Prælat. nominat. §. 1. fol. 556. lit. B. vers. Quid si Papa, dicat: Super his effari periculoseum est.* Et D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 4. num. 29 circa finem, remissivè tantum hanc quæstionem tetigerit.*

Summo quidem Pontifici remittenda ⁴⁵ quæstio, nec resolvenda est à me omissa à tantis viris resolutio illi us. Verumtamen haud afferendo utinam principijs sequentibus decidi possit. Cogitent Lectores, & videant Fermosum *dicit. quæst. 2. & 3.*

Si Princeps abutendo potestate à ⁴⁶ consuetudine, vel privilegio concessa eligendi Episcopos sui Regni, vel simoniacè proponit, vel indignos, hoc casu posse Pontificem nominatos non elige-re, immò & jure nominandi privare Reges afferit Vincent. Cabot. *lib 1. var cap. 5. Petr. Gregor. ad Decretal. tit. de elec-tion. cap. 5. n. 23. Guillelm. Benedict. in cap. Raynunt. verb. Uxorem, decis 2. num. 89.* Sic à Pontifice Gregor. VII. factum refert Platin. in eum, ibi: *Adeptus Pontificatum Gregorius statim Henricum Imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus Episcopatus, & beneficia alicui per simonialem cupiditatem committat, aliter se usurum in eum, & delinquentes censuris ecclesiasticis.* De quo facto latè Abrah. Bzou. *de Roman. Pontific. cap. 38. fol. 490.* & eleganter cum multis Fermosin. *ad rubric. de elect. quæst. 2. per tot.*

Quare enim si licet Principibus laicis ⁴⁷ obijcere, & opponere se electioni, Petr. Gregor. *dicit. cap. 5. n. 22. Pereyra Man. Reg. part. 2. cap. 59. num. 25.* vel denegare possessionem simoniaco, etsi à Papa proviso, ut diximus suprà; denegandum erit Pontifici, ut non admittat electum à Patrono, etsi Rex Patronus sit, dum de indignitate constat?

Et quare Pontifici denegandum, quod Episcopis concessit sancta Synodus Trident. *sess. 25 de reformat. cap. 9. ibi: Ad hæc liceat Episcopo præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere;* ut cum Rebuff. ait Solorzanus *de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 15. num. 85.*

G

Sed

50 Tract. de Competent. inter Archicp. &c.

- 48 Sed cùm pro electo adsit præsumptio, ut est Glossa celebris in cap. monasterium, 16 quæst. 3 præcipue in electionibus Regis nostræ, cùm tanta consultatione fiant à tam Catholicis, pijs, supremisque Consiliarijs.
- 49 Inquirendum est, quod cùm Rex noster non teneatur dignorem ad Episcopatus porponere, ut explicans dictum caput Monasterium, tenet Lambertin. de jure patronat. part. 1. lib. 2. quæst. 10 art. 3. n. 17. 18. 19. & 20 fol. 660. & 661. Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 5. num. 2. (caveat tamen Rex hanc sequi strictam resolutionem, quam etsi veriorem existiment DD. in puncto juris, in praxi verò nunquam sequendam censeo, cùm tanta ad id cura intenta sit à Deo in eligendis Episcopis, ut D. Paulus epist. ad Tit. cap. 1. demonstrat,) utrum si eligat dignum, possit à Papa removeri, vel denegari confirmatio?
- 50 In quo nota, quod aut Regi competit præsentatio aliquorum ad Episcopatus, & Pontifici electio: & eo casu Pontifex ex nominatis, & electis tenetur eligere dignorem, ut cum Spino specul. testam. gloss 4 num. 86. Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 8. num. 6.
- 51 Aut competit Pontifici confirmationis nominatorum à Rege; & hoc casu secundum videtur quod inquit Soto lib. 3. de justit. & jure, quæst. 6 art. 6. conclus. 8 ibi: Unde Rex, aut quisvis alius gaudens jurepatronatus, cùm eligit dignum, cui jura non refragantur, nequit vel Papa, vel inferior Prælatus electionem in favorem dignoris perimere. Sanchez dicit dub. 8. num. 8. 9. & 10.
- 52 Et intra quod tempus debeat Episcopus nominatus petere confirmationem Episcopatus, latè d' spusat Fermosin. in cap. transmissam 15. de elect. quæst. 1.

De diligentijs necessarijs ad hoc ut Episcopus obtineat dignitatem: & quomodo fieri debent, & apud quem; & quid de præco-
nizatione.

SUMMARIUM.

- 1 De diligentijs necessarijs ad hoc ut Episcopus obtineat dignitatem.

D E hac materia in praxi est vi-
dendus doctissimus Lucas de An-
drade in libello intitulato a goes Episco-
paes, cap. 4. & 5. Mandof. in rubric. de
constitutionibus, num. 43. & 44. Parif. lib.
8. quæst. 8. num. 24. & 25. Pax Iordan. lib.
1. cap. 1. num. 24.

C A P U T XX.

De juramento fidelitatis, & ad quod præstandum teneatur Archiepiscopus aut Episcopus; & quare, & apud quem.

SUMMARIUM.

- 1 De juramento fidelitatis, & ad quod præstandum teneatur Archiepiscopus, aut Episcopus; & quare, & apud quem: & num. 2. & 3.

Q Uamvis in sex casibus Presbyter teneatur jurare, & cogi possit, de quibus Glos. verb. Sacramento, in can. Quoties 1. quæst. 7. ibi:

Hæc sex Presbyterum faciunt jurare coactum,
Ut sit recta fides, ut obediatur, ut bona fama;
Ne verum pereat, ne res sacra, vel data damna.

Pars I. Cap. XXI.

51

De quo etiam Barbos. *in collect.*

- 2** Attamen in quatuor casibus tantum
Canonicæ Sanctiones statuunt Episco-
pum ad juramentum præstandum posse
compelli, & teneri, scilicet pro recta fi-
de, pro obedientia, pro pace, & pro in-
demnitate Ecclesiæ, *cap. significasti*, de
elect. ubi Barbos. & Fermosin. *can. Deci-*
vitatus Syracusanæ, dist. 28. de qua mate-
ria & juramento fidelitatis, ad quod te-
netur, agit Saufay *de Episcopali monoga-*
mia & unitat. Eccles. causa 9. & in panop.
Episcop. lib. 2. pag. 157. & pag. 148. quo-
modo præstatur in Franciæ Regno, &
in Regno Castellæ. Gonzalez *de leg. lib.*
1. cap 4 n 28. ad num. 31 item in Regno
Angliæ & Scotiæ, & in alijs: vide etiam
per eum Valascum *consult. 100.* & Solor-
zanum *de jur. Ind. tom. 2. tit. 3. cap. 6.* &
cap. 27. num. 26. ubi omnia tradunt, &
latissimè Fermosin. omnia tradit circa
fidelitatis juramentum *in cap. 4. & 5. de*
jurejurand & in cap. Significasti, de elect.
num. 4. ubi etiam an possit præstari per
procuratorem: latè Fermosin. *de Sede*
vacante tract. 1. quæst. 6.

3 Et de forma juramenti fidelitatis, &
apud quem præstari beat, & quomo-
do, est textus *in cap. 4 de jurejurand.* &
in tit. de consecrat. electi in Episcop. Sau-
say *in panop. Episcop. lib. 2 p 165. & seqq.*
& *pag. 174.* agit de juramento Archie-
piscopi in pallij susceptionem, *ex cap.*
Significasti 4. lib 1. Decret. tit. 6 de elect.
ubi Barbos. multos refert, & Fermosin.
& DD. *ubi suprà.*

C A P U T XXI.

An & quando Archiepiscopus aut
Episcopus possit adipisci pos-
sessionem virtute literarum A-
postolicarum ; & quibus requi-
fitis : & an absque Bulla confir-
mationis possit administrare ,
aut per Regis mandatum , aut
ex epistola Cardinalis , in qua
dicit literas esse expeditas ? Et
Pras I.

quid quando apprehendit possessionem absque Bullis, & an eam possit obtainere & apprehendere per procuratorem sacerdotalem ; & quid possit administrare ante consecrationem , & post adeptam possessionem?

SUMMARIUM.

- I** An & quando Archiepiscopus aut Episcopus possit adipisci possessionem virtute litterarum Apostolicarum, & quibus requisitis, & quando.

DE hac materia est textus elegans
in extravaganti *Injunctæ*, de elec-
tione, ubi multos refert August. Bar-
bos. in collect. ad dict. text. & in cap. *Ava-*
ritiæ, de electione, & de potest. *Episcop cap.*
4. de confirmat. numer. 9. & 10. & alleg.
54. num. 161. & 162 & de jur. Ecclesiasti-
co cap. 19. de elect. lib. 1 num. 247. Solor-
zan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 4. & num. 35.
eleganter Fermosin. *de Sede vacante*
tract. 1. quæst. 5. & 6 & latissimè optimè
que in cap. *Transmissa 15. de elect. in prin-*
cip. & quæst. 1. 2. 3. 4. 5. 6 & 7. ubi omnia
tradit: eleganter etiam & latissimè Vil-
laroel in tract. *Gobierno Ecclesiastico, y*
pacifico, 1. part. quæst. 1. art. 10. 11. & 12.
ubi multos refert, & est omnino viden-
dus.

C A P U T XXII.

De consecratione Archiepiscoporum, aut Episcoporum, & quomodo fieri debeat, & in quod tempore, & quibus requisitis, & ceremonijs.

SUMMARIUM.

- De consecratione Archiepiscoporum, aut
Episcoporum, & quomodo fieri debeat,
& in quo tempore, & quibus requisitis
& ceremonijs.** G 2 Lau-

Laudatur Dominus Inquisitor Alexander de Silva, Ibid.

- 2 *Utrum Episcopus nondum consecratus fruatur privilegio capituli fin. de privileg. in 6. & quid de tantum electo.*

DE hac materia, quæstione, & resolutione sunt textus *in cap. Quoniam*, 75. *distinet. c. Quoniam*, 100. *dist. cap. Archiepiscopus*, *de temporib. ordinationum*; *Concil. Trident. sess. 23. de reformat.* & ibi *August. Barboi. de potestat. Episcopi*, *part. 2. alleg. 1. num. 39. & seqq.* *Avendano thesaur. indic. 2. part. titul 13. cap. 3. 4. & 5.* *Doctissimus Lucas de Andrade in libello intitulato acçoes Episcopæs*, *cap. 7. 8. & 9.* *Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap 6. num. 37. & 38.* *idem Barboi. de jur. Eccles. 1. part. cap. 9. num. 51.* *Marchin. de sacram. Ordin. tract. 1. part. 2. cap. 12.* *Leander de Sacram. tract. 6 disp. 3 quæst. 4. & ad Decalog. tom. 3. disp. 6. quæst. 11.* *Alzed. de præcedentia Episcopi*, *part. 1. cap. 4. num. 12.* *Fermosin. in cap. Si Archiepiscopus* 6. *quæst. 1. & seqq.* *de temporib. ord.* & *ad rubric. de sacram. Unctionis*, *q. 2. à n. 16.* *Castr. Palao moral. tract. 27. disp unica, punct. 14* quos accepi à sapientissimo viro D. Alexandro de Silva à Consilijs Principis, & Mensæ magnæ Inquisitore, in juris literalitate Alexandro, in partibus magno, in toto maiori & inter omnes literis florentissimo, & nunc Episcopo Eliensi dignissimo: de quo etiam vide Fermosin. *de Se-de vacante quæst. 6.* Prosper. Fagn. *in cap. requisivit, de ord. ab Episc. pag. 262. & seqq.*

IUSTRUM autem Episcopus nondum consecratus fruatur privilegio capituli finalis *de privileg. in 6. & quid de tantum electo*, tractat Pasqualig. *de sacrific. novæ Leg. quæst. 1228.*

De Mitra Episcopalis antiquitate & usu.

SUMMARIUM.

- 1 *De Mitræ Episcopalis antiquitate & usu: & num. 2.*
- 3 *Mitræ usus quis esse debeat.*

DE hac materia agit eleganter Andreas de Saufay *in lib. intitulato Panoplia Episcopalis*, *lib. 1. cap. 1. & seqq.* ubi omnia tradit de hac materia, & de illa agunt etiam Stephan. Durant. *lib. 2. de ritib. Eccles. Catholic.* *cap. 9. num. 36.* Angel. Rocca *in annot. ad S. Gregor. ejusque parentum imagin.* *ad calc. tom. 1. oper. ejusd. Sancti*, *pag. 474.* de ea loquitur Fortunat. *lib. 4.*

Tegmine vir niveus miro diadema fulvus.

Et in vita S. Hilarij *lib. 1.*

Hilarius fame radios jaculabat in orbem.

Rite sacerdos penetralia jura gubernans,

Ornatum Ecclesiæ pollens diadema coruscum,

In membris Christi capitul velut infula fulgens.

De hac materia agit etiam S. Hieronym. *in lib. de Eccles. Scriptor. cap. 45.* & de ea loquitur etiam Ecclesiasticus *cap. 45. ibi: Coronam aliam super mitram ejus expressâ signo sanctitatis, gloriâ honoris.* Tertullian. *de corona milit.* *cap. 3.* Ermiodius Ticinensis epigr. 77. *de vita & moribus S. Ambrosij*, de cuius ornatu, & mitra sic cecinit:


*Serta redimitus gestabat lucida fronte,
Distinctum gemmis ore parabat opus.*

Baron. *tom. 6. annal. sub anno Christi 354.* ubi loquitur de mitra Episcopali. S. August. Episcop. Hippoensis, S. Bernardus epist. 42. *ad Henric. Archiepiscop. Senon.* ibi: *Usentes & ipsimore Pontificum mitrâ.*

Pars I. Caput XXIV.

53

mitrā. Et de hac mitra , & quomodo de ea uti debeat , & quis loquitur textus elegans in cap. 6. de privileg. in 6. Campello infrā , & August. Barbos. de potest. Episcop. part. 1 tit. 1. §. 5. num. 19 unico verbo inquit , quod in signum ordinis Episcopus habet mitram : de quo vide etiam Andrade ac̄cōes Episcopae cap. 13. Corona de potest. Episcop. tract. 2. cap. 4. num 5. & eleganter num. 6. Pasqualig. de sacrific. nov. Legat. quæst. 1230.



C A P U T XXIV.

De virga Episcopali , vel Pastorali baculo.

S U M M A R I U M .

1 De virga Episcopali , vel Pastorali baculo : & num. 2. ubi de significazione , & an denotet ordinem vel potestatem.

1 Nter Episcopalis dignitatis insignia hic certè eminet magis post mitram spectabilis ornatus , de cuius antiquitate , & materia est videndus eleganter idem Saufay in panop. Episcop. lib. 2 pag. mihi 87. & seqq. Beda in collect. ad calc. tom. 3. ejus operum de septem ordinibus , ubi de Baculo Pastorali ; de eo loquitur Marc. cap. 6. Cassian. lib 1. de Monach. veter. cap. 8. & 9.

2 Virgam autem ad indicium directio- nis ovium correctionisque etiam non esse prohibitam , facile hinc perspicere licet , ut inquit Apostol. 1. ad Corinth. 4. ibi : Non enim in sermone est Regnum Dei , sed in virtute. Quid vultis ? in virga veniam ad vos , an in charitate , & in spiritu mansuetudinis. Extat Tolosæ in Ecclesia S. Stephani lapis marmoreus , in quo sculptæ sunt Sancti Petri , & Beati Saturnini imagines. Saturnini cum baculo recurvo , in quo versus ille legitur.

Curua trahit , quos recta regit , pars ultima pungit.

Refert Durant. lib. 2. de rit. Cathol. Eccles. & idem Saufay pag. 98. agit de be-

neditio Baculi , & quomodo fieri de- beat. Innoc. III. lib. 1. myster. Miss. cap. 62. & Gloss. verb. Propter historiam , in cap. unic. de sacr. unct. §. ult. qui incipit Licet , quatuor his versibus expressos docet Baculi Episcopalis significatus.


In baculi forma , Praeful , datur hæc tibi norma :

Attrahē per primum , medio rege , punge per imum.

Attrahē peccantes , rege justos , punge vagantes :

Attrahē , sustenta , stimula vagas , morbida , lenta ;

Et etiam est videnda Glossa Mysticum , in §. ult. a. cap. & Innocent. d. cap. 62. ex- plicat & dicit quare Summus Pontifex Baculo non utitur , & textus in cap. Cūm venisset de sacra. unct. ubi Barbos. de qua materia est etiam textus in can. Nullus Episcopus , dist. 1. & Glossa verb. Baculo: Campello infrā , August. Barbos. de potest. Episcop. p. 1 tit. 1. inquit § 5. num. 19 unico verbo , scilicet quod Episcopus in signum ordinis habet baculum : sed quod baculus , quo Episcopus utitur , potesta- tem denotet , tradit Corona de potest. Episcop. tract. 2. cap. 11. num. 2. Andrade ac̄cōes Episcopae cap. 13. Coron. d. cap. 4. num. 5. Pasqualig. de sacrific. nov. Leg. quæst. 1230.



C A P U T XXV.

De Annulo Episcopali.

S U M M A R I U M .

1 De Annulo Episcopali , & de ejus signifi- catione , & quomodo eo uti debeat Archiepiscopus , aut Episcopus ; & quā formā , & num. seqq.

D E hoc annulo Episcopali agit ele- ganter Dufausay in panop. Episcop. lib. 3. cap. 1. ubi quod Christus est Annu- lus mysticus , & quare ; & de eo agit Sa- cra Pagina Cant. 8. & S. Ambros. serm. 90. ibi : Annulo suo subarravit me Dominus mens

meus Jesus Christus. D. Aug. lib. 1. de Cr. vit. Det. cap. 13. tom. 5.

² Et idem Dufausay c. 2. agit de antiquitate Annuli Pontificalis, Archiepiscopal, & Episcopalis, pag. 180. & seqq. & c. 3. pag. 188. agit de materia Annuli Episcopalis, & de qualitate Annuli agit Juvenal satyr. 1.

Ventilet æstuum digitus sudantibus aurum.

Nec sufferre queat maioris pondera formæ.

Et satyr. 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

Idem Saufay pag. 191. agit de more portandi annulum auri, & de illis, quos sponsus sponsæ præstat: & cap. 4. pag. 208. agit de forma & ornatu Annuli Episcopalis, de quo Stephan. Durant. lib. 2. de ritibus Catholic. Eccles. cap. 9. ubi quod in gemma, quæ annulum decorat, nihil omnino exprimi oportere dicit, ut patet ibi: *Annulus Episcopalis ex auro puro puto solidè conflatus constat cum gemma pretiosori, in qua nihil sculpti esse debet.*

⁴ At in illo non debet apponere profanas res, nec insculpere vanis hieroglyphicis, ut tenet Saufay pag. 213. ubi de ratione: & optimè. Clemens Alexandrin. lib. 2. Pædagog. cap. 12. & in tract. de discip. & hab. virg. ex cap. 17. Apocalypsf. optimè exornat.

Et Episcopis permittitur nullum auri & cum gemma gestare, quia in Sacra Pagina plus estimabatur, ut in Cantic. cap. 5. *Caput ejus aurum optimum.* Psalmo 18. *Iudicia Domini vera justifica-ta in semetipsa, desiderabilia super aurum,* & lapidem pretiosum multum. Apocal. 21. Exod. 35. Ezech. 28. Math. 13. *Quærenti bonas margaritas.*

⁶ Sic magnus Ambrosius in Ecclesia coruscabat; cui ideo accinit Ennodius epigrammate 77. de ejus moribus, ac vita Deo digna, hominibusque gratissima.

Serta redimitus gestabat lucida fronte.

Distinctum gemmis ore parabat opus.

⁷ Sic & Hilarius, de quo Fortunatus cœcinit.

Hilarius fame radios jaculabat mo-orbem.

Rite Sacerdotis penetrata jura gubernas.

Et infrâ lib. 1. Carm.

Ornatum Ecclesiæ pollens diadema coruscum,

In membris Christi capit is velut in-fula fulgens.

Ita & Marinus, charus ejus alumnus, & deinde compar: de quo idem Fortunatus meritò prædicat lib. 3.

Vir cui digna foret stola lactea, & aurea fulva.

Et lib. 4.

Tegmine vir niveus miro diademate fulvus.

Et verò pretiosos lapillos gestari ab 8 Episcopis, eo intento Ecclesia voluit, ut gemmarum instar in templo Domini collucerent: margaritarumque quarum clarent ornatu, non solùm pulchritudinem, sed & vim ac excellentiam studerent seriò æmulari. Præclare Sanctus Hieronymus epist. 128. ad Fabiolam, de veste Sacerdotali, tom. 3.

Hinc & Antistites qui gerunt gemmas in annulis decet in earum delectum studium adhibere. Sicut enim sunt virtutes quædam Episcopis propriæ, quas ideo Apostolus eorum in ornatu speciatim exigit: sic & gemmæ nonnullæ sunt aptiores ad ipsas virtutes designandum quamobrem condeceret, ut inferi annulis suis sacris nullas alias gemmas Episcopi paterentur, quam quæ ob mysticos significatus in Scripturis sacris divina ex approbatione commendantur, ut eleganter prosequitur idem Dufausay pag. 230. & seqq. & cap. 5. ubi agit de usu annuli, ad quod facit illud Martial.

Per cujus digitos currit levis annu-lus.

Annulus datur Episcopo in pignus ¹⁰ casti amoris, & conjugij signaculum, ex Tertulliano in Apologetico contra Gentes, & Isidoro lib. 19. origin Daniel. 6. & 14. Dufausay pag. 236. vers. In pignus, & seqq. ubi eleganter: & cap. 6. pag. 246. agit de annuli abusu, seu usu non pio, vel non honesto aut superfluo; & ibi eleganter exornat.

De situ annuli sacri in manu Antistitis ¹¹ agit.

agit idem Dufaufay lib. 3. cap. 7. pag. 261.
& Lipsius in *commentar.* ad *Senec.* de
codem agit, & ex professo ostendit an-
nulum olim apud Romanos in sinistræ
tantum manus digito, qui inde annula-
ris dictus est, solitum fuisse collocari:
as tipulatur Papinius lib. 3.

*Aique idem in cuneos populos condu-
xit Equestres,
Mutavitque genus, lœvæque ignobi-
le ferrum.
Exuit.*

12 Et quamvis in cap. *Nestrates*, 30. quæst. 5.
de anulo fiat mentio, & non exponat
in quo digito soleret poni; at Isidor. Ni-
colao antiquior de hoc ritu loquens ex-
pressè annulum enuntiat in lævæ ma-
nus digito, qui extremo immediatè ac-
cedit, more apud fideles recepto solitum
esse reponi, ut dicit lib. 2. de offic. cap. 19.
de quo etiam est Canon. *Fæminæ*, 30.
quæst. 5. &c ibi Gloss. fin. de quo etiam agit
caput *Iliud*, de præsumpt.

13 At Episcopo non licet nisi unicum gerere annulum: at hunc in dextra manu, ejusque digito, qui dicitur annularis, qui proximus est scilicet extremo, & non alio ferre debet, juxta regulam in Romano Pontificali expressam, de qua & de benedictione annuli agit Saufay pag. 264. & pag. 266. disputat cur situs dexteræ excellentior ac dignior sinistræ censetur, juxta illud, *Dextra tua suscepit me*, Psalm. 17. *In potentatibus salus dexteræ ejus*, Psalm. 19. *Sed dextera tua & brachium tuum*, Psalm. 43. *Dextera Domini fecit virtutem*, Psalm. 117. ex eo quia virtus & potestas in sacris paginae solet per dextram designari: quod convenit Episcopo, quia est in Ecclesia Dei virtus, & ab eo habet potestatem: de quo situ annuli est controversia apud DD. Canonistas, ut tenet Durant. lib. 2. aerutib. Eccles. cap. 9. Imol. in cap. Clerici, de vita & honestate clericor. Sylvester verb. Episcopus, num. 1. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 15. cap. 11. num. 39. Abbas in cap. Licet, de translat. Episcop. Mauric. de Alzed. de excellent. Episcopal. dignit. cap. 5. num. 67 & 68. Saufay pag. 269. & cap. 8. pag. 261. tractat de mystica annuli Episcopalis significatione, de qua

est textus in cap. Ex ore ; de his quæ fiunt
à maiori parte Capituli : & glossa signum,
in cap. Ad nostram , de consuetudine , &
ibi DD.

C A P U T XXVI.

De Episcopali cruce pectorali , &
de ejus gloria , reverentia , &
laudibus ; & quantum sit ad be-
nè regendum necessaria .

SUMMARIUM.

I De Archiepiscopali, aut Episcopali cru-
ce pectorali, & de ejus gloria, reve-
rentia, & laudibus, & quare intro-
ducta: & num. seqq.

Licet in veteri Romano Ordine, sub
titulo *Qualiter Episcopus in Ecclesia
Romana ordinetur*, ubi etiam ejus refe-
runtur ornatus, nihil de cruce pectorali
expressum sit, uti neque apud Alcuin.
lib. de divinis offic. cap. de singul vestib. &
Fortunat. *lib. 5 de offic. Ecclesiast.* ubi
etiam agit de vestibus sacrorum Du-
cum, & *cap. 15.* & *cap. 26.* mysticos ipso-
rum vestimentorum significatus expo-
nit: sed nec apud Raban. *lib. 1. de Cleri-
cor. institutione*, ubi ex professo de sacris
ipsis vestibus tractat, scilicet à *cap. 14.*
usque ad 24. inclusivè: quēmadmodum
nec Honorius Augustodunens. *in gem-
ma animæ, de antiquo Missæ ritu, lib. 1.*
ubi nempe à *cap. 209.* *usque ad 221.* diffe-
rit de vestibus Episcopi; & mirum est,
cur capite sequenti de ornatu Archiepis-
copi differens, nullam super pectore
ejus agnoscit crucem, præter eam quæ
è pallij linea à parte anteriori defluenti
super pectus ipsius Archipræfulis def-
cendit: *In duabus quippe (inquit) lineis
pallij ante & retro est purpureum crucis
signaculum, quia Pontifex ex utraque le-
ge debet proferre Christi passionis testimo-
nium. Duæ enim lineæ pendentes sunt duæ
leges Christi passionem proferentes.*

Attamen asserere non vescor anti-
quis-

quissimum Episcopis ritum esse gerendæ pectoralis crucis, quæ ideo verè annumeratur in Romano Pontificali recognito inter spectatissima horum sacræ dignitatis insignia, lib. 1. de myst. missæ, c. 53. ibi: *Tum accipit crucem pectoralem; ut eleganter prosequitur Dusausay Papopl. Episcopal. lib. 4 pag. 294 & seqq.*

3 Et à Græcis videtur mos ille manasse, à quibus crux illa à sinu pendula unica voce à sinu vocitatur, quam se gestasse ipse meminit sanctus Gregor. Nazianzen. carmin. 21. inter varia carmina, tom. 2. ejus operum edit Paris. pag. 94. qua à se dæmonem abegit: ita siquidem tetur in hostem adoritur.

— *Diffluge jamjam,
Ne cruce quam metuunt omnia te
feriam.
Namque crucem in membris me-
dioque in corpore gesto,
Inque vijs, &c.*

4 De qua re idem Divus Gregor. tom. 1. de *Sancta cruce*: & de hac pectorali loquitur Nicephorus Patriarcha in ejus epistola ad Leonem III. *Pontificem Romanum*, de quo Baron. tom. 9. sub anno Domini 811. Augustin. Pivisant. lib. 2. de ritu præferendi crucem Romano Pontifici, cap. 7. Divus Gregor. lib. 7. epist. 126. Maurit. de Alzed. p. 1. cap. 11. de prisca veneratione Episcopor. & c. 13 de præminentia ac prælatione ipsorum Episcorum, agit cur Episcopus hanc perferat crucem. Sanct. Basil. lib. de Spiritu. sanct. cap. 27. Lancelot. in Templo judic. lib. 2. cap. 5. Chassan. in catalogo glor. p. 1 considerat. **4** Rupert. lib. 1. de divinis officijs, cap. 26. de cruce (ubi etiam quod signare frontes fidelium signo crucis in chrismate solius est Episcopi munus:) & ibi etiam agit de cruce pectorali Archiepiscopi aut Episcopi.

5 Quæ crux est gloria Episcorum, aut Archiepiscorum, ut ait Dusausay d. lib. 4. pag. 317. ex qua eis maxima reverentia debetur, ut patet ibi: *Crux nempe inæstimabile signum est. admirabilis virtus est. Crux spes Christianorum, resurrectio mortuorum, cæcorum dux, claudorum baculus, destructio superborum, consolatio pauperum, sustentatio inopum, spes*

desperatorum. Crux Regum magnificentia, Sacerdotum gloria. Et pag. 325. agit etiam, an passim uti pectorali cruce Abbatis, Episcopali more liceat.

Et in ea ideo Apostolus præcipuum decus suum reponebat. Gal. 6. 14. *Mibi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Super qua est videndus Divus Augustinus de verbis Apostoli serm. 27. inter fragmenta, tom. 10 citatus à Beda in epistol. ad Gal. 6. & est videndus D. Dusausay d. lib. 4. pag. 318. vers. *Præclarè Sanctus Chrysostomus in locum Apostoli præcitatum, sese Episcopum sola in cruce dicebat cum eodem Apostolo gloriari; quia in ea patet magnitudo peccati nostri, & immensus Dominus in nos amor: in cruce enim vulnera nostra Christus curavit, ubi sua pertulit: ibi à morte sempiterna nos servavit, ubi temporaliter mori dignatus est.* Sanct. Augustinus. serm. seu tract. 3. in Joannem. *Quo die crux fixa est, mundus sanctificatus est. Crux vicit, & mors vici est. Per crucem Diabolus vincitus, homo solutus, & Deus glorificatus est. Crux enim est destrucción inferni, perditio diaboli, clavis Paradisi, victoria Christi, arbor resurrectionis, lignum vitæ æternæ, & signum salutis perpetuæ.* In hoc igitur signo Dei elucet misericordia, manifestatur justitia, amplificatur gloria: ex quo nostra erit fides, exurgit spes, ac charitas inflammat, omnisque nostra profuit felicitas. *Nam crux Christi peccatores salvat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles justificat, pœnitentes reparat, justos augmentat, Martyres coronat, virgines, viduas, & conjugales casto pectore conservat, clericos ordinat, Sacerdotes consecrat, Sacra menta sanctificat, electos denique associat Angelis, & cum eis æternæ hæreditatis efficit beatos consortes.* Eleganter etiam Gunther. in Ligur. sic canit:

— *Suo cum Præfule Clerus.*

Vestibus ornati nitidis, pretiosa ferentes,

Signa crucis.

Marc. Anton. Muret. in hymno sanctæ Crucis, præter alia de laude, & triumpho crucis elegantissimè decantata sic extulit:

Genies

Pars I. Caput XXVII.

Gentes nulla quibus notitia est Dei,
Armis, imperio, prole superbiant:
Nobisque is melior spiritus obtigit.
Sola est in cruce gloria.

⁷ Cum multis eleganter exornat, & eruditè pertractat, nullis ex his consideratis, Solorzan. emblem. 10. ubi agit de historia Rudolphi crucem pro sceptro in sua inauguratione sumentis cum lemmate *Sceptrum Præstabile*: quod luculenter ornat, & in vera crucis & Christi imitatione, & pietatis ac veræ religionis stricta observatione verum & securum Regum & Regnorum sceptrum fulcrumque consistere pluribus demonstrat, & multa in cruis laudem adducit pag. 78.

⁸ In hoc igitur salutari crucis signaculo divina beneficia quasi in speculo splendidissimo Episcopus intuetur. Nec enim suspensam è sinu crucem potest pectori suo impositam cernere, quin mysteriorum omnium (si benè attendat) recordetur, quæ Christus in ea pro genere humano salutarem oppetendo mortem dignatus est operari, ut probat Divus Bernard. epistol. 42. ad Henric. Senonens. Archiepiscop. Divus Chrysostom. in commentar. super epistol. ad Gal. cap. 6. in fin. tom. 4.

⁹ Quæ crux cum auro & gemmis perferti potest, quæ omni auro longè pretiosior, gemmaque inæstimabilis est: quamobrem in ejus triumphali festo Ecclesia has in laudes lætabunda erumpit: *O quam pretiosum lignum! quam pretiosa gemma, quæ Christum meruit sustinere!*

C A P U T XXVII.

De chirothecis Archiepiscoporum seu Episcoporum.

S U M M A R I U M.

I De chirothecis Archiepiscoporum, seu Episcoporum.

¹ D E hac materia est omnino videns Dufausay in *Panoplia Episcoporum*.

Pars I.

pali, lib. 5. ubi elegantissimè ex Divo Hieronymo scribente ad Fabiolam de veste Sacerdotali epistol. 128. tom. 3. pag. 727. Durant. lib. 2. de Ecclesiæ Catholicæ ritibus, cap. 9. ibi: *Post induitam dalmaticam Episcopus manus operit chirothecis.* Quid verò chirothecæ significant enarravit Innocentius III. lib. 2. de myster. Missarum, cap. 41. Durant. lib. 3. ration. cap. 12. Honor. Rupert. lib. 1. operis cuius titulus est, *Gemmæ animæ*, cap. 209. cùm de septem vestibus Episcoporum proprio sub programmate tractat, inter eas nominatim chirothecas recenset: ibi: *Episcopus iisdem septem vestibus induitur quibus Presbyter; insuper & alijs septem redimitur, scilicet sandalij, dalmatica, rationali, mitra, chirothecis, annulo, baculo.* Et c. 215. speciale syntagma prænotat de chirothecis, & de earum morali ac mystica significatione, de qua latissimè est videndus idem Dufausay p. 334. & seqq. Corona, Barbos. & Pasqualig. relati cap. 22. in fin.

C A P U T XXVIII.

De dalmatica, & tunicella Archiepiscopali, & Episcopali.

S U M M A R I U M.

I De dalmatica, & tunicella Episcopali aut Archiepiscopali: & n. 2. & 3.

D E hac re est videndus eleganter idem Dufausay *Panop. Episcopat.* lib. 6. pag. 356. cap. 1. ubi quod sacris vestibus non modò in divinis mysterijs, sed etiam in synodis Episcopi ac cæteri viri ecclesiastici hactenus usi fuerint: & ibi multa refert: & cap. 2. pag. 364. agit de discrimine tunicæ, & dalmaticæ, ac utriusque origine, & usu apud veteres, de quo etiam Cassian. lib. 1. de *babitu Monachor.* cap. 5. Rosin. lib. 2. cap. 3. Virgil. *Aeneidos* 9. de illis mentionem facit.

Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,

H

De-

*Desidia cordi, juvat indulgere cho-
res.*

Et tunicæ manicas, & habent redimicula muræ.

Idem notat Horat.

*Vilia vendentem tunicato scuta po-
pello.*

- ² Idem Dufaufay *capit. 3.* agit de Pontificalis & Leviticæ tunicæ ac dalmaticæ antiquitate: & *cap. 4 pag. 378.* loquitur de usu dalmaticæ & tunicæ tum Episcopalis, tum Diaconicæ jam diu approbato, tam canonica lege, quam consuetudine ecclesiastica: & ibi multa refert. Et *cap 5. pag 382.* disputat an ex peculiari privilegio jus gerendi dalmaticas non Diaconis modo, sed Episcopis quibusdam accesserit, quo ornatu uti, hujus indulti defectu, alijs Episcopis non licet: & *cap. 6.* num Subdiacono ex jure dalmaticæ usus competit? ubi obiter de differentia dalmaticæ Diaconi, & tunicellæ Subdiaconi differitur: de quo canon *De jejunio, dist. 76.* ubi Barbos & canon *Diacono, gloss. F.* & de Alba canon *Episcopus Presbyter, 11. quest. 3.* ubi etiam Barbos.

³ Idem Dufaufay *cap. 7 pag 392.* agit de dalmaticæ usu ecclesiastico, qui divinæ approbationis plerisque indicis commendatur & *cap. 8. pag. 396.* agit de sacrae dalmaticæ, ac tunicellæ mystico significatu: & *lib 7. pag. 404.* agit de compagis, seu compagijs, caligis, & sandalijs Pontificum, & de omnibus vestibus, & ornamentis summi Pontificis, & vide Barbos. *Corona, & Pasqualig. relat. cap. 22. in fin.*

C A P U T XXIX.

De sandalijs , & podere , vulgo
Roxete , Archiepiscoporum , &
Episcoporum , & quomodo , &
quando portari possint .

SUMMARIUM.

- i Desandalijs, & podere, vulgo Roxete,
Archiepiscoporum, & Episcoporum:
& quomodo & quando portari possint.*

DE hac materia agit idem Dufausay in *Panoplia Episcopal.* lib. 7. cap. 6. de *sandalij Episcopor.* & cap. 8. ubi etiam de calceamentis; & ibi multa refert: & eo non relato novissimè Doctissimus Lusitanus noster Lucas de Andrade Prior de Villaverde in libro intitulato *acc̄oes Episcopae,* 1. part. cap. 6. pag. 25. ubi eleganter Campello infra pag. 424. num. 9. & seqq. de quo etiam Beda Venerabilis in *opusculo de septem ordinibus, ad calcem tom. 3.* Alcuinus lib. de *divinis officijs, cap. quid vestimenta significant, in exordio:* Amalarius lib. 2. de *ecclesiastico officio, cap. 25.* Strab. de *rebus Ecclesiæ, cap. 23.* Rupert. lib. 1. de *divinis officijs, cap. 24.* Innocentius III. lib. 1. *mysteriorum Missæ, cap. 48.* Durant. rational. *divinorum officiorum lib. 3. cap. 8.* de quo etiam Solorzan. emblem. 62. num. 10. ubi quod Christiani Episcopi petafo ad Mercurialis similitudinem fabricato, & filaminatis borulis uti solent, quia cum Apostolorum Gentiumque Pastorum, & Doctorum munus exerceant, in continua veluti peregrinatione esse debent, ideoque etiam illis scapulis insigniuntur, quas musetas vocant, quæ peregrinorum chlamydi, quæ sclavina dicitur, adaptatur, ut sui veluti præcipui muneris, quod in visitandis, sedulóque divini verbi pabulo suis ovibus reficiendis consistit, admoneantur, de quo vide Dom. Sebastian. Covarr. verbo *Musetas*, de quibus sandalijs, vestibus, & ornamentiis vide etiam Nostrum Capello in libel. intitulato *Thesouro de Ceremonias, pag. 423. & seqq.* ubi etiam de materia.

C A P U T X X X .

**De vestibus Episcoporum , &
quibus uti possint, & quando.**

SUMMARIUM.

- 1 *De vestibus Episcoporum, quibus uti possint, & quando: ubi de Rochetto & alijs: & num. 2.3.4.5.6.*
7 *Quid in Episcopo regulari.*

IN omni loco possunt Archiepiscopi, aut Episcopi uti vestimentis violacei coloris rubeis transversis. Ceremoniale Episcoporum lib. 1. c. 1. & 2. Garcia de nobilitat. gloss. 48. §. 3. num. 52. August. Barbos. de potest. Episcopi part. 2. alleg. 1. num. 47. noviter Corona de potest. Episcopi tract. 2. cap. 4 num. 5.

2 Ac rochetto, quod est indumentum lincum, & album, cap. Clerici, de vita & honestate clericorum, August. Barbos. & Coron. ubi proximè Andrade nas acçoes Episcopae cap. 6 num. 42. & 43.

3 Cum hoc tamen temperamento, quod in propria Diœcesi incedunt rochetto discooperto, extra Diœcesim verò, vel in præsentia Legati de latere portant manteletum ad rochetrum coope riendum; nam loco manteletti in propria Diœcesi utuntur mozetta supra rochetrum. Ugolin. de offic. Episcopi cap. 3 num. 6. Barbos. & Coron. ubi suprà.

4 Uti etiam possunt galero nigro, lano, serico, viridi suffulto, cum chordulis, & floccis sericis, viridibusque, ut tenet Barbos. dict. alleg. 1. numer. 48. Coron. ubi suprà, Andrade dict. cap. 6. num. 45.

5 Portare etiam possunt anulum gemmatum in quarto digito à pollice manus sinistræ, cap. Clerici, de vita & honestate Clericorum, Petr. Gregor. syntagma jur. part. 2 lib. 4. cap. 12.

6 Insuper possunt cappam gerere, cuius cauda à Capellano deferatur. Gratian. forens. cap. 467 num. 3. Corona dict. cap. 4 n. 5 Barbos. dict. alleg. 1. num 49.

7 At Episcopus regularis cùm monasticum habitum non amittat, imò illum gestare teneatur ex vi regulæ & juris, ex cap. Clerici officia, in fin. retento colore sui Ordinis possunt in forma seu figura habitus se conformare cum Episcopis sæcularibus, & anulum gemmatum ferre, ut multis citatis tenet idem Corona dict. cap. 4. num. 5. pag. 130 colum. 2. Andrad. dict. cap. 6. num. 46 Barbos. de potest. Episcopi 1. part. tit. 1. cap. 4 num. 26. & seqq. & eleganter est videndus Villaruel *Gobierno ecclesiastico, y pacifico, quæst. 2. art. 2. & art. 1.* tractat utrum possint gestare cappas magnas sericeas coloris Præs I.

rubei, & quomodo uti debeant dorsualijs, vulgo *Gualdrapa*. Andrade acçoes Episcopae cap. 18. ubi in quibus diebus possint mutare vestes.

C A P U T XXXI.

De Archiepiscopali pallio, & quid sit, & quando tradendum.

S U M M A R I U M.

1 De pallio tradendo Archiepiscopis, & quid sit.

DE pallio tradendo Archiepiscopis, & quid sit, & de ejus materia latissimè Fermoſin. in tit. de authorit. & usu pallij, August. Barbos. de jur. Eccles. part. 1. cap. 7. ubi num. 103. inquit, quod pallium est speciale ornamentum Archiepiscopi, quo utuntur in Ecclesijs suis provinciæ, & in Missa solenni tantum, et si Episcopos contigerit ordinare: & num. 107. agit de quæſtione, an Archiepiscopus possit ordinare ante pallij receptionem: & quod niſi priùs præſtet fidelitatis & obedientiæ jura-mentum, ei non tradatur pallium, est textus in cap. *Significasti 4. de elect.* ubi Barboſa & Fermoſin. Cum quo híc, & in tit. de authorit. & usu pallij, omnia circa varias quæſtiones videbis. Andrade acçoes Episcop. cap. 11. & 12. eleganter cum multis Coron. de potest. Episcop. tract. 2. cap. 2. num. 10.

C A P U T XXXII.

De antiquo more mittendi ad Regna Legatos, ac Nuntios cum potestate Legati à latere; & quæ debeat legatio continere.

S U M M A R I U M.

1 De antiquo more mittendi ad Regna Legatos: & num. 1. & 3.

4. *Summus Pontifex uti legatione solet.*
5. *Eligi potest Apostolicæ Sedis Legatus quicunque summo Pontifici visus fuerit idoneus: & num. 6. quid hodie obseruent Ponifices.*
7. *Species Legatorum triplex est, & quæ.*
8. *De officio, dignitate, immunitateque Legatorum, tam legationis tempore, quam functi muneri.*
9. *Ut aliquis Legatus optimè in legatione procedat, & accipiatur, sex requiruntur, & quæ.*
10. *An legatis fædera frangentibus servanda sit fides, & an à Principe apud quem legatione funguntur coerceri, & puniri valeant.*
11. *Familia Legatorum utrum jure gentium ac fæderali immunis habenda sit à jurisdictione ordinaria.*
12. *Utrum Legatorum ædes immunitatis, & asyli jure gaudеant ad hoc ut delinquentes ab eis extrahiri non possint.*
13. *De materia, potestate, & jurisdictione Legatorum à latere.*

Certum est moris antiquissimi suis se Nuntios, Oratores, & Legatos mittere: ac non discedendo à Scripturæ sacræ testimonijs, se mihi offert ante omnia exemplum Patriarchæ Iacob filij Isaac, nepot's Abraham, qui discedens à Laban fecero, & pergens ad suos cum omnifa milia, animalibus, & alijs bonis, ac Ang elis Dei, quos obviam habuit, considerans ne ab Esau fratre suo, ob od' um, invidiam, vel aliam ob causam offenderetur, misit Nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in Regionem Edom, & præcepit illis his verbis dicens: *Sic loquimini Domino meo Esau. Hæc dicit frater tuus Jacob. Apud Laban peregrinatus sum, & fui usque ad præsentem diem. Habeo boves, & asinos, & oves, & servos, & ancillas: mittoque legationem ad Dominum meum, ut inveniam gratiam in conspectu tuo.* Reversique sunt Nuntij ad Iacob, dicentes: *Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum, cum quadringentis viris, ut habetur in libris Genesios, c. 32. In unctione Altaris Domini ædificati in Chanaan, quod illam non permitte-*

rent filij Israel, deputaverunt legatos ad filios Ruben, Galaad, & dimidiæ Tribus Manassæ, ne id facerent: qui miserunt Phinees filium Eleasari, Sacerdotis, & alias decem Principes, qui exierunt ad Israel ad eosdem filios Ruben, & dimidiæ Tribus Manassæ; quorum legatorum medio quies inter ipsos facta est, ut habetur in libro Iosuæ, cap. 22. Similiter quando Nabuchodonosor Assyriorum Rex misit Holofernem militiæ suæ Principem cum millibus pedum pugnantibus centum viginti, & cum equitibus sagittarijs duodecim millibus, cum innumerabili exercitu camelorum, & quadrigarum, qui destruebant Civitates omnes, & cuncta loca infestabant, qui incidebant vineas, & flammis incendebant sata matura, terrorem ubique incutiendo: ob eas locorum destructiones ac ruinas Reges & Principes Syriæ, Mesopotamiæ, Sobal, Libyæ, & Ciliciæ, timentes Hierosolymæ, ac templi destructionem, aliarumque civitatum demolitiones, ad eundem Holofernem Legatos miserunt, qui illum rogarunt, ut desineret sua indignatione uti, quia melius esset viventes ipsos conservare, ut servirent Regi Magno Nabuchodonosori, quam destrui. Cum idem Princeps obduratus existeret, & Legatos non audisset, tunc Eliachim Sacerdos magnus illos confortans hortatus est, ut ad Deum clamarent, pœnitentiam ageant, jejunij, & orationibus vacarent, & cilicijs se induerunt. Sacerdotes, ac alij omnes clamantes ad Dominum Deum, viri pariter & mulieres: qui omnes se humiliaverunt, atque animas deduxerunt in lachrymis, fletibus, orationibus, & jejunij. Et cum legatio cum effectum non habuisset, per manus mulieris operæ Dei salvi facti fuere: quæ omnia in sacra Scriptura notantur *Judith cap. 3. cap. 4. & seqq.* Eodem modo Ionathas misit Legatos ad Bacchidem, ut componeret cum ipso pacem, quam libenter fecit, & accepit, ac ille juravit nihil ei mali facturum omnibus diebus vita ejus, ut scriptum est in libris Machabæorum, lib. I. cap. 9 ob virtutes, ac potentiam Ionathæ ac Simonis fratrum.

Postea

Fos̄teā Rex Alexander vocavit Ionatham, ut uic̄r̄eret sibi Ptolemaide, quō abijt cum magna gloria. & occurrit auobus k̄gib⁹, & aedit illis aurum, & argentum mul-
tūm, & inuenit gratiam in c̄nspectu eorū, & ad confusione illorū, qui in-
videbant Jonatāc: & Rex fecit illum
vestiri purpura, & fecit eum sedere secum,
& p̄acej ut Principibus suis, ut irent cum
eo usque ad medium Civitatis, & prædicar-
ent, ut nemo adversus eum interpellat de
ullo negotio, nec quisquam molestus sit ulla
ratione: & magnificavit eum Rex, & scrip-
sit eum inter primos amicos, & posuit eum
Ducem & participem Principatus. Hæc
omnia habentur Machabæorum lib. 1. cap.
10. Eodem modo Alexander Regis Antiochi filius ad Ptolemæum Ægypti Re-
gem Legatos misit in hæc verba: *Quo-
nam regressus sum in Regnum meum, &
sed in sede patrum meorum, & obtinui
Principatum, & continui Demetrium, &
posedi Regionem nostram, & commisi pug-
nam cum eo, & contritus est ipse, & castra
ejus à nobis, & sedimus in sede Regni ejus,
& nunc statuamus ad invicem amicitiam:
da mihi filiam tuam in uxorem, & ero ge-
neriūs, & dabo tibi dona, & ipsi digni-
tatem. Cui respondit Rex Ptolemæus:
*Felix dies in qua reversus es ad terram pa-
trum tuorum, & sedisti in sede Regni eo-
rum; & nunc faciam tibi quod scripsisti;
sed occurre mihi Ptolemaidam, ut videamus
invicem nos, & spondeam tibi sicut dixisti.*
Et exivit Ptolemæus de Ægypto, ipse,
& Cleopatra filia ejus, & venit Ptole-
maidam anno centesimo sexagesimo se-
cundo: & occurrit ei Alexander Rex, &
dedit ei Cleopatram filiam suam, & fecit
nuptias ejus Ptolemaidæ, sicut Reges in
magna gloria. Quæ omnia continentur
Machabæorum lib. 1. cap. 10. Antiochus
Rex misit Nuntios cum epistolis hujus
tenoris: *Antiochus Rex, Senatui Judeo-
rum, & cæteris Judæis salutem. Si vale-
tis, sic estis ut volumus: sed ipsi bene vale-
mus. Adiit nos Menelaus dicens velle de-
cendere ad vestros, qui sunt apud nos. His
igitur, qui commeant usque ad diem trige-
simum mensis Xantici damus dextras se-
curitas, ut judaicis utantur cibis, & legibus
suis, sicut & prius, & nemo eorum ullo**

*modo molestiam patiatur de his, quæ per
ignorantiam gesta sunt. Misimus autem &
Menelaum, qui vos alloquatur. Valete. De
quibus habetur Machabæorum lib. 2. cap.
12. & in codem loco Legati Romano-
rum scripserunt epistolam infra scripti
tenoris. Quintus Memmius & Titus Ma-
nilius, Legati Romanorum, Populo Judeo-
rum salutem. De his, quæ Lysias cognatus
Regis concessit vobis, & nos concessimus: de
quibus autem ad Regem judicavit referen-
dum, confessum aliquem mittite, diligen-
tiūs inter vos conferentes, ut decernamus
sicut congruit vobis: nos enim Antiochiam
accedimus, ideoque festinate rescribere, ut
nos quoque sciamus, cujus estis voluntatis.
Bene valete. Quæ omnia habentur eodem
lib. 2. Machab. cap. 11.*

Hactenus ex sacris literis quarundam 2
legationum exempla narrasse sufficiat,
quando aliarum etiam gentium moris, &
usus fuisse alia referam, quæ brevibus
expedire conabor. Sed tamen hi Legati
quandoque Oratores, Nuntij, & Inter-
pretes appellati fuere. Oratorum nomi-
ne usus est Livius lib. 24. & 25. qui plus
ries quoad hos Legatos, ac homines le-
gationibus deputatos Oratores appel-
lat. Sed Guillelmus Budæus in annotatio-
nibus ad Pandectas. in titul. de vi publ.
dicit Legatos esse, qui deprecationibus
utuntur; in quorum numero collocare
possimus Carthaginensium Legatos,
qui ad Scipionem Africanum maiorem
missi fuere, pacem & veniam petentes.
Quibus responsum dedisse Scipionem
hoc modo refert Franciscus Petrarcha
in libris Africæ.

*Non pacis tractator ego, sed victor
& ulti⁹.*

Qui Legati eidem Scipioni deprecantes
iterum replicasse refert idem Poeta:
*Sed nulla victoria maior,
Quam veniam petijisse reos.*

De quibus Legatis Carthaginensium
ad Scipionem maiorem, & de Legatis
ad Quintum superato Philippo, & de
Legatis ad Lucium Scipionem devicto
Rege Antiocho, & ad Paulum Æmilium
victo, & capto Perseo missis scribit Li-
vius lib. 3. 33. 37. & 46. ubi etiam de Le-
gatis ad Anicium redacto in potestate
Gentio.

Ora-

Oratorum nomine Legatos ab Ænea missos appellat Virgil. lib. 2. *Æneid.* dum inquit:

*Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Gentium Oratores augusta ad mœnia
Regis
Ire jubet.*

Interpretes etiam vocati sunt Legati à Platone in Cratylo, de quibus interpretibus Cicero ad Brutum *epistol.* 9 dicit esse illos Legatos, qui ferunt, referuntque mandata. De illis Virgilius lib. 4. *Æneid.* inquit:

*Interpres Divum fert horrida jussa
per auras.*

Et lingua similiter vocatur animi interpres per Lucretium dicentem lib. 6.

*Atque animi interpres manabat lin-
gua.*

Et quemadmodum lingua dicitur nuncia, & interpres animi, ac ipsius cordis præco, sic concinit illud Aristotelis lib. 2. *Perihermenias, sive de interpretatione,* quod voces sunt earum, quæ sunt in anima passionum notæ: proinde quinque nostros sensus animi nostri nuntios esse voluit Cicero *Tusculanarum quæstionum* lib. 1. ex quibus apparet à Scriptoribus diversimodè appellatos fuisse Nuntios.

³ A Senatu missas, Populoque Romano legationes scribit Terentius Varro *de lingua Latina* lib. 4. Quandoque id Consules fecerunt; nam Livius lib. 29. *Consuli*, inquit, à *Patribus permisum, ut quem- videtur ex his, qui extra Senatum essent, Legatum muterent ad bellum Regi indi- cendum.* Cumque nonnulli dicant soli Senatui permisum id fuisse, contrarium tamen dici potest ex dictis Varronis, & Livij autoritatibus: & ponderanda est historia in principio fundatæ urbis Romæ, dum fuere missi Legati pro habendis legibus ad Athenienses, Lacedæmonios, aliasque Græciæ Civitates: & his non citatis aliqua notavit novissimè doctissimus Salzed. in lib. *theatr honoris glof.* 26 ubi multos DD. refert: Parexa de instrum. edit. tit. 2. resol. 2 num. 55. Kochier tract. de Legat. cap. 1. & seqq.

Et in summo Pontifice ita observantur; legationes enim inter summos Pon-

tifices, Imperatores, Reges, Principes magnos, qui sui juris sint, in usu esse iolent, ut notat Villaroel. *Govierno Ecclesiastico, y pacifico,* 1. part. quæst. 4. art. 6. per tot. August. Barbos. *de jure eccles.* lib. 1. cap. 5. Fragos. *de regim reipub.* 2. part. lib. 4. disp. 10. §. 1 eleganter Parexa de edit. instrum. tit. 2. resol. 2. Valenz. conf. 170. num. 7. junct. conf. 151. num. 48.

Et eligi potest Apostolicæ Sedis Legatus quicunque summo Pontifici viuis fuerit idoneus, ut notat idem Barbos. dict. cap. 5. num. 11 & potest creare Legatos à latere, quos sibi placuerit, argumento cap. 1. de offic. *Legati* in 6. ex his fuit Alexand. II. Pontifex in cap. *Præte-rea*, §. *Verum*, 32. dist. Fragos. dict. §. 1.

Et quid hodie obseruent Summi Pontifices, cum non soleant Legatos de latere creare nisi Cardinales, videndi sunt Angel. de Clavas. in *summa*, §. *Legatus*, vers. *Secundi* sunt: Bartholom. Fumeus in *summa*. Armilla §. *Legatus*, num. 2. videndus est etiam Æneas de Falconib. in *tract. reservation.* p. 1. quæst. 1. in fin. Conradus in *templo omnium Judicum*, lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 8. Fragos. d. disp. 10. d. §. 1. num. 2. Cæsar Hierach. Eccles. disp. 3. §. 1. num. 10.

Et isti tales Legati alij sunt missi, & qui emanant; alij qui non emanant, sed constituuntur; alij qui non emanant, nec constituuntur, sed officium hoc habent dignitati connexum, & Legati nati dicuntur, quia cum dignitate quam acquirent fiunt ipso jure Legati & de hac triplici Legatorum specie satis constat ex glossa communiter recepta in verb. *Le- gati*, cap. 1. de offic. *Legati*, lib. 6. Gambar. de offic. *Legati*, in initio num. 7. & 8. Lælio Flamin. Azor. Reginal. Molin. Kochier. Garcia. Layman. Machad. quos refert & sequitur August. Barb. d. cap. 5. num. 1. usque ad 10. & ultra eos Villaroel. *Govier- no Ecclesiastico, y pacifico*, 1. p. quæst. 4. art. 6. per tot. Fragos. *de regim Reip.* d. disp. 10. §. 1. per tot. Cæsar Hierach. Eccles. disp. 3. §. 1. cum multis August. Barb. ad rubr. de offic. *Legat.* Ferro de præcedent quæst. 29. Bordon. var. resol. 78 p. 2 num. 66. Pe- cian. de probat. lib. 2 cap. 33 num. 8 Ton- dut. benef. qq. quæst. 290 Monet. de Con- servat.

servat. cap. 4. num. 24. Cordeiro Stat. Ecclesiastic. part. 1. tract. 2. de privileg. Canon. quæst. 22.

⁸ Et ut aliquis Legatus optimè in legatione procedat, & accipiatur, sex necessaria adesse requiruntur, ut mihi videatur. Primo observari debet modus mox hactenus à mundi initijs servari solitus inter diversitates Gentium, Populorum, Regum, Principum, ac Rerum publicarum legationes mittendi. Secundo consideranda est mittentis persona. Tertio consideranda est persona illius Legati, qui mittitur. Quartò consideranda est persona illius ad quem mittitur. Quintò considerandum est negotium, idest legatio negotij, sive rei pro qua mittitur. Sexto considerandus est finis pro quo Legatus mittitur. De aliquibus ex his qualitatibus tractat Villadamor. *en el libro intitulado Thomas de la Locura, o embustes de la malicia, assumpt. 3. §. 2. p. 114. & seqq.* Salzed. statim citandus, Cæsar Hierarch. Ecclesiast. quæst. 2. proœm. §. 2. n. 3. & disp. 3. §. 1. Kochier. in tract. de legat. quæst. 1. & seqq.

⁹ De officio, dignitate, immunitateque Legatorum, tam legationis tempore, quam functi muneric, & an debeant vocari, seu appellari *de Señoria*, novissime Salzed. *theatr. honoris glof. 26. per tot.*

¹⁰ An Legato fidem frangenti servanda sit fides, & à Principe apud quem legatione fungitur coerceri, & puniri valeat? vide Ord. lib. 3. tit. 4. & latissime, eleganterque Salzed. *theatr. honoris glof. 27.*

¹¹ Utrum familia Legatorum de jure gentium, ac federali immunis habenda sit à jurisdictione ordinaria, eleganter tractat idem Salzed. *glof. 28. Crespy de Valdaur. observ. 5. num. 36. & 37. limitat. & observ. 113. num. 24.*

¹² Utrum autem Legatorum aedes immunitatis ac asyli jure gaudeant ad hoc, ut delinquentes ab eis extrahi non possint? omnia tradit eleganter idem Salzed. *glof. 29. num. 28. & seqq.*

¹³ De materia, potestate, & jurisdictione Legati à latere, Barbat. Boer. Gambar. Villadieg. unusquisque in tract. de offic. & potest. Legati, inter tractatus Docto-

rum tom. 15. p. 1. Herman. de Legato, ejusque jure, dignitate, & officio, Canii. in summa juris Canonici, tu. 17. de offic. Legati, & ibi Barbos. Zecch. de Rep. Ecclesiastic. tit. de stat. illustrissimi Legati, Henriques in summa, lib. 14. cap. 34 Gregor. Lop. lib. 23. tit 9. partit. 1. Zerol. in prax. Episcopal. 1. p. verb. Legatus Apostolicus, Azor. institut. moral. p. 2. lib. 2. cap. 27. cum seqq. Reginald. in prax. fori pænitential. lib. 30. tract. 3. num. 237. & seqq. Kochier. de jurisdictione ordinaria in exemptos p. 2. quæst. 2. Parif. de resignat. lib. 8. quæst. 13. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 33. Garcia de benef. p. 5. cap. 1. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 7. §. 6. de jurisdictione Legati, Cæsar Hierarchiæ Ecclesiast. 1. p. disp. 3. Machad. *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 2. document. 2. cum seqq.* latè August. Barb. de jure ecclesiast. lib. 1. cap. 20. Fragos. de regim. Reip. tom. 2. lib. 4. disp. 10. §. 1. & seqq. eleganter Tondut. qq. benef. 3. p. cap. 200. per tot.



C A P U T . XXXIII.

Utrum Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere creatus habeat potestatem Legati à latere, vel non; & de ejus potestate.

S U M M A R I U M .

- 1 *De missione Illustrissimi Nuntij ad Portugallia Regnum.*
- 2 *Legatus est officium potestatis, & representat Principem.*
- 3 *Legatus à latere si quæ faciat, à Papa fieri dicuntur; & potest facere quæ reservata non fuerint.*
- 4 *Legatus de latere vires gerit summum Pontificis, & ut talis honorari debet.*
- 5 *Legatus de latere venit appellatione Sedis Apostolicæ.*
- 6 *Legatus de latere in Provincia sibi decreta representat Papam.*
- 7 *Cardinales Legati de latere habent pri-*
vile-

- vilegium utendi insignibus Apostolici.
- 8 Literæ Legatorum de latere dicuntur Apostolicæ: & explicatur num. 21.
- 9 Provisus à Legato à latere potest dici provisus auctoritate Apostolica: & num. 21.
- 10 Legatus de latere potest cognoscere de appellatione interposita expresso nomine ad Summum Pontificem: & idem Nuntius cum potestate Legati à latere.
- 11 Contrarium dicunt aliqui.
- 12 An in materia reservata possit idem.
- 13 Nuntius cum potestate Legati à latere habet eandem potestatem ac Legatus à latere.
- 14 Contrarium est verius.
- Nuntius non Cardinalis, non est Legatus à latere in potestate ultra facultatem illi concessam; sed in honore, & quare: & num. 16.
- 15 Clausula, Cum potestate Legati à latere, adiecta in facultatibus Nuntij, de stylo Curiae Romanae aponitur.
- 17 Potestas Legati à latere aut Nuntij non extenditur ultra facultatem concessam.
- 18 Nuntius cum potestate Legati à latere solum provisionem facit beneficiorum quantitatis 24. ducatorum, & non ultra, & quomodo procedat.
- 19 Legatus à latere facit provisionem beneficiorum cuiuscunque quantitatis, & qualitatis, & num. 20.
- 21 Quod per Legatum à latere fit, non potest dici factum à Sede Apostolica, nisi interpretative.
- Si executioni Brevis concepti sub clausula Non tamen à nobis provisus, se opponat habens titulum etiam à Legato à latere, non juvabitur ea exceptione, ibid.*
- 21 Utrum jurisdictione Nuntij cum potestate Legati à latere sit restringenda, vel amplianda: & n. 23.

I C um sit moris antiquissimi mittere Legatos, aut Nuntios ad Regna, ut diximus cap. 32. Pontifex Maximus Dominus noster Clemens anno 1671. ut supremus Pater totius populi Chri-

stiani, in Christo filium Principem nostrum Dominum Petrum & populum diligere, & amore summo, & affectione paterna illum prosequi demonstrare contendens, ab Urbe Roma misit Illustrissimum ac Reverendissimum D. Franciscum Raviza Archiepiscopum Sidonensem, tanquam Nuntium creatum cum potestate Legati à latere; qui cum officij & honoris causâ Pontificio nomine declararet eidem Principi amplissimam Pontificiam voluntatem, & ejus promptitudinem ad complenda omnia justa desideria, quæ non solum ejus Majestatem, & Altitudinem, sed sui Regalis Palatij & familiæ, ac omnium Regionum subditorum hominum commoditates concernerent; ob eam Pontificij animi magnitudinem, & amicabilem zelum Princeps noster Petrus & Dominus gratias Deo reddidit, maximaque gratitudine clarissimum reputavit, & habuit; quis enim non magnificaret? Et maximâ lætitia acceptus, & acceptatus, exercere suam jurisdictionem cœpit, & continuavit usque ad præsentis controversiæ tempus, in quo dubitatum fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo Ulissiponensi in suæ jurisdictionis defensionem de ejus potestate, cum qua asserebat se posse in præsenti casu facultatem concedere ad hoc ut filius Illustrissimi Comitis cum Pontificalibus ab Illustrissimo Episcopo Capellano Majori baptizaretur, & cum in jurisdictionis ordinariæ præjudicium hoc foret, & in ea; cum etiam extenore licentiæ, de qua suprà cap. 1. num. 3 fecisset fundamentum in potestate Legati à latere, venit disputandum utrum Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere creatus habeat potestatem Legati à latere, vel non.

In qua quæstione videbatur respondendum affirmativè, ex eo quia cum Illustrissimus Nuntius, aut Legatus Pontificis Domini nostri sit officium potestatis, ut tenet novissimè Salzed. *in theatr. honor. glof. 28. num. 29.* & ut talis repræsentet Pontificem D. N. non nativè, sed effigiæ, aut repræsentativè, ut cum multis prosequitur idem Salzed. *d. glof.*

glos. 28. num. 2. & glos. 29. n. 32. Valenz. *conf. 201. num. 25. & 26.* habet potestatem Legati à latere, & omnia potest sicut Papa; est enim suprema hæc legatio, & ideo quæ ab eo fiunt, à Papa fieri dicuntur, *cap. 1. §. hi qui, de præbend. in 6. Frag. dict. disput. 10. §. 1. & 2.*

3 Possunt enim facere omnia quæ reservata non fuerint, *cap. 2. & cap. Quoad translationem, de offic. Leg. cap. frater, 15. quæst. 1. glos. in cap. Si abbatem, de elect. in 6.* Sequitur Hostiens. *in sum. ejusdem tit. §. Quod pertinet, vers. Gerunt enim: Cravet. conf. 117. num. 3. Franc. Marc. dec. Delfin. 317. num. 28. & dec. 975. num. 6. vol. 1. Themud. 3. p. quæst. 17. n. 15. & seqq.*

4 Propterea benè concludit Speculat. *in tit. de Legat. §. Nunc tractemus, in princip. quod Legatus de latere vices gerit summi Pontificis, & ut talis honori debet, cap. fin. 93. dist. & cap. 1. de quo Barbos. de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. num. 14. & seqq. Fermoſin. in cap. si duobus 7. de appell. quæst. 1. num. 39. Giurb. conf. 19. num. 14.*

5 Et ideo Legatus de latere venit appellatione Sedis Apostolicæ, & in sua provincia gerit vices ejusdem Sedis in non reservatis, *c. Mandata, de præsumpt. Chucus inst. moral. lib. 2. tit. 5. num. 22. Garcia de benef. 5. p. cap. 3. num. 13. Giurb. conf. 19. num. 14.*

6 Et in Provincia sibi decreta repræsentat Papam. Bonifac. *in Clement. 2. de offic. Ordinarij, num. 13. Villadieg. de potest. Legati 1. p. quæst. 9. Pereyra de Castro decis. 118. num. 15. Fragos. d. disp. 10. §. 1. & 2. Giurb. suprà.*

7 Et Cardinales Legati de latere habent privilegium utendi insignibus Apostolicæ dignitatis, *cap. Antiqua, de priuileg. cum multis exornat Aug. Barbos. de jure Ecclesiastic lib. 1. cap. 5. num. 18. & 23.*

8 Et ideo literæ Legatorum de latere dicuntur Apostolicæ. Sernens. *regul. de valore benefic. quæst. 2. de quo infrà num. 21. & constituunt idem Tribunal cum Pontifice. Narbon. de appell. à Vicar p. 1. num. 153.*

9 Unde provisus à Legato de latere
Pras I.

poteſt dici proviſus authoritate Apoſtolica, ut eleganter reſolvit Garcia d. *cap. 3. num. 14. & 15. & explicatur num. 21. est enim imago Papæ. Fermoſin. ad rubric. de author. & uſu pallij, quæſt. 2. num. 6.*

Et ſicut appellationem ad Sedem 10 Apoſtolicam interpoſitam poſteſt Legatus de latere committere; ita pariter & Nuntius habens poſteſtatem Legati de latere. Garcia de benef. 6. p. cap. 2. sub num. 85. 87. & 90. Hieronym. Gonzaſ. *glos. 12 num. 30. & num. 28. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 47. memb. 3. quæſt. 8. num. 16. latè Valaſc. consult. 62. per tot. Barbos. in collect. ad cap. Constituit 45. in fin. de appellat. de quo vide Gratian. dec. 199. num. 2 in addit. & Salgad. de regia protecſt. 2. p. cap. 13. num. 234. & ita com- muniter practicatur in Tribunali Illuſtrissimi Nuntij, etiamsi nominatim ap- pelletur ad Sanctissimum proprio nomi- ne expresso, quoniam conſideratur non persona, ſed Tribunal, & Sedes Apoſtolica; & ita quotidie judicatur, & de- claratum fuit in recursu D. Antonij Ximenes de Aragon: optimè, & etiam in ſecunda appellatione loquendo Ton- dut. *quæſt. benef. 3. p. cap. 200. num. 40. & 41. explicat Fermoſin. in cap. Constitu- tus, de appellat. num. 1. & 2. Gom. Bajo prax. p. 2. lib. 3. cap. 1. n. 3.**

Licet contrarium teneat Kochier de 11 *jurisdicſt. in exemptos lib. 2. quæſt. 42. num. 6. Valaſc. ubi suprà, Fermoſin. ubi suprà: cui respondet Tanaglio de sacr. Rot. Aud. lib. 1. cap. 7. dec. 1. num. 7. ubi etiam quod poſteſt committere cauſam appelle- nationis interpoſitæ à ſuo Auditore vir- tute primæ commissionis, tam in ſecun- da, quām in tertia instantia, quando ha- bet poſteſtatem Legati à latere, vel non, & eſt creatus ad illius inſtar Legati à la- tere: de quo vide Themud. 3. p. quæſt. 17. n. 21 & seqq. Ferro de præcedent. quæſt. 29. num. 3. Narbon. de appellat. à Vicario, part. 2. fund. 5. pag. 265. num. 14. & 15. Mend. in praxi, p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 15. Rodrig. quæſt. reg. p. 1. quæſt. 8. art. 13. ubi limitat quando adeſt clauſula, *Ap- pellatione remota: Fermoſin. in cap. Con- ſtitutus, de appellat.**

12. Et ita si non est in materia solùm reservata Pontifici conditione taxativa tantum, vel simili, potestas Legati à latere non manet exclusa, ut eleganter resoluunt Dominic. Franch. & Cardinal. in Clement. Quia contingit, de religios. dominib. Villadieg. d. quæst. 9. num. 7. quia potest ea omnia quæ sibi specialiter Papa non reservavit, vices enim ejus gerit, cap. Cum venerabilis, de consuetudine, cap. 1. & ibi Abbas notat, de offic. Legati, Guttier. canonicear. quæstion. lib. 1. cap. 1. num. 7. optimè Giurb. conf. 19. num. 14. Garcia d. cap. 3. num. 12. latè Fermosin. d. quæst. 10. §. 2. Themud. 3. p. q. 17. num. 15. & seqq.

13. Quare hanc sententiam, & quod Nuntij Apostolici qui ad Regna mittuntur cum potestate Legati à latere, potestate Legati uti possint, & habeant, probatur in l. 1. de tutorib. & curatorib. tradit Bon. in tract. de potest Legati à latere, n 68. & 69. vol. 14. tract Doctorum, fol. 274. sequitur Navarr. in cap. Cum contingat remed 5. n 2. de rescript. tom. 2. Parif. conf. 17. n. 3. & seqq. vol. 4. Francisc. Marc. decis. 135. Gonzal. in regul. 8. de mensib. glos. 9. in annotationib. num. 268. & glos. 23. num. 23. Villadieg. de Legato quæst. 9. num. 9. Gigas de pensionib. quæst. 6. num. 19. Mandoz. regul. 13. Cancellaria, quæst 6. num. 4. & de monitorijs quæst. 60. num. 41. Garcia de benef. 5. D. cap. 3. n. 82. Aug. Barb. de jure ecclesiast. cap. 5. n. 24. Tanaglio de sacr. Rot. Auditorio cap. 7. dec. 1. num. 7. & seqq. & alij consultò omitti: & Pacian. de probat. cap. 32. lib. 2. num. 11. & lib. 1. cap. 27. num. 4. Barbos. vol. 29. num. 36.

14. Sed his non obstantibus contraria sententia mihi verior videtur, quia cùm Illustrissimus Nuntius non sit Cardinalis, non est Legatus à latere in potestate ultra facultatem illi concessam, sed in honore; & iura, quæ disponunt in concessione facta Cardinalibus Legatis à latere non extenduntur ad alios Legatos de latere non Cardinales, nec ad Nuntium missum cum clausula, Cum potestate Legati à latere, quia talis clausula de stylo Curiæ Romanæ consuevit adjici mandatis Legatorum ad honorem, &

non ad potestatem, quæ non extenditur ultra facultatem, ut tradunt Speculat. §. Sequitur, tit. de Legato, Hoitiens. in summa de Legat. Erasmus à Kochier de jurisdictione ordinaria in exemplis, p. 2. quæst. 2. num. 6. ibi: Concessio nim facta Cardinalibus Legatis à latere non exten- ditur ad alios Legatos de latere creatos non Cardinales. DV. in cap. 1. Qui clerici. Roch. in tract. de consuetudin. num. 323. Nec, inquit, idcirco vana erit atque su- perflua clausula, Cum potestate Legatis à latere; qui, pe quod ea stylo Curiæ Roma- næ consueverit adjici mandatis Legato- rum, qui fimbriam vestimenti Pajæ tetti- gerunt, seu qui ab eo mandatum vivæ vo- cis oraculo receperunt: id quod ita molevit propriæ reverentiam sanctæ Sedis, cui me- ritus honor exhiberi non potest. Et per haec verba idem tenet in terminis Aug. Barb. in cap. excommunicatis 9. de offic. Leg. n 4. ubi eleganter.

Idem tradit Aug. Barbos. de jure Ec- 15 clesiastic. cap. 5. num. 4. ibi: Roch. tract. de consuetudine, num. 323. resolut concessio- nem factam Cardinalibus Legatis à latere non extendi ad alios Legatos de latere non Cardinales; quippe quod aliquantes Sum- mus Pontifex mittit inferiorem (qui non Legatus, sed Nuntius nominatur) adiecta in eis facultatibus hac clausula, Cum po- testate Legati à latere, quæ de styl. Curiæ Romanae consuevit adjici mandatis Lega- torum. Optimè etiam Villaroel. in tract. Govierno Ecclesiastico y pacific. 1. p. quæst. 4 art. 5. num 4. ibi: Los Nuncios que em- bian los Pontifices à las Cortes de los Reyes, no siendo Cardinales no son Legados à la- tere (y que sean estos Legados diremos en el siguiente articulo) pero es estilo de la Cu- ria Romana ponerles en sus titulos, y ellos en las bullas que despachan, Cum potesta- te Legati à latere. Et disp 5. num 4. ibi: Y es tan sacra y santa jurisdiccion lateral, que en la forma que reside en los Cardenales no se extende à los que no siendo Cardenales son Legados à latere: porque à estos les po- nen una lista en su comision, con que se pue- den distinguir. No les dice su Sanctidad, que los haze Legados à latere sino cum po- testate Legati à latere: notaron algunos, y veendo el titulo poderan entenderlo todos; porque

por que los señores Nuncios en sus bullas no se nombran Legados à latere , sino despues de su nombre , y de la provincia de su Nunciatura añaden: Cum potestate à latere Legati ; de quo Rch. tract. de consuetud. n. 323. Optimè etiam G urb. conf. 19.num. 31. 33. 34. & 35. ubi afferit procedere etiam quando in facultate eit clausula potestatis , ut alter Nos , quod magis est: optimè Bordon. resol. 78. p. 2. num. 67. benè etiam in specie Pacian. de probat. lib. 1. cap. 27. num. 4. in add. lit. A. Tondut. 3. p. quæst. benef. c. quæst. 200. num. 1. ibi: Deputat nihilominus summus Pontifex alios qui non sunt Cardinales , adiectâ clausulâ cum potestate Legati à latere: sed hi non Legati , sed Nuntij appellantur. Gom. de infirm. resign. quæst. 3. Idem tradit Cordeiro de stat. Eccles. tract. 2. de privilegio Canon. quæst. 22.num. 2.

16 Neque obstant in contrarium adducta , quia dicti Doctores loquuntur in Cardinali Legato à latere , ut per illos videre est: & non loquuntur in Nuntio cum potestate Legati à latere , quia isti non sunt Legati à latere in potestate, sed in honore : tum ex dictis num. 14. tum etiam quia solum Cardinales possunt dici Legati à latere , quia sunt de latere Papæ , cui semper assistunt , aen propterea Legati de latere nuncupantur , cap. Decreto, cap. Si quis Episcopus 2. quæst. 6. & ita solos Cardinales cùm mittuntur à Papa , dici Legatos de latere, tradunt verb. Legationes , cap. 1. de offic. Legati , & verb. Commissum , in cap. Excommunicatus , eod. tit. Boer. de potest. Legati à latere, num. 12. Villadieg. tract. de Legat. 1 p. quæst. 3. Menoch. conf. 190 n. 14. Flamin. de resignat. lib. 8. quæst. 13. num. 5. Azor instit. moral part. 2. lib. 5. cap. 27. quæst. 2. Cæsar de Hierarch. Eccles. 1. part. disp. 3 §. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 10. Santarel. variar. resol. quæst 2 n. 8. Machad. en su perfecto Confessor , tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 2. document. 2 num 1 Kochier dict. quæst 2. num. 5. Barbos. de jure ecclesiast. lib. 1. dict. cap. 5 num. 3. Villaroel. dict. quæst. 4. p. 1. art. 6. num. 2. & 3. (ubi num. 16. refert quomodo receptus fuisse in Castellæ Regno Eminentissimus Cardinalis Barberinus à Rege Philippo

Pras I.

Cathol co:) Aug. Barb. in cap. Excommunicatis 9. de offic. Legat. num. 4. Ferro de præcedent. quæst. 29. num. 2. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 33 n. 9. & 10. optimè in terminis Nuntij cum potestate Legati à latere Tondut. quæst. benef. cap. 200. n. 1. Monet. de conservat. cap. 4. num. 24. Cordeiro ubi suprà , num. 2.

Et solùm potest ut Legatus à latere ¹⁷ in his quæ sibi concessa specialiter sunt in facultatibus , & non extra facultatem; secundum enim illam in effectu dicitur Legatus à latere , quando est creatus cum potestate Legati à latere , quia certum est , ut plurimùm potestatem Legati dependere ex tenore facultatum illi per summum Pontificem concessarum; quia facultas , quæ in ejus concessionibus non est expressa , censetur tali Nuntio cum potestate Legati à latere denegata. Ludovis. decis. 287. num 8. Serafin. decis. 772. n. 3. ubi dicit quod tenor literarum Legati de latere auget , vel restringit eam potestatem , quæ ipsi de jure competit. Put. decis 144 num 1. lib. 2. ubi quod potestas Legati , seu Nuntij cum ea non extenditur ultra illi specialiter concessa , & solùm in concessis expressè in facultate habet potestatem Legati à latere, ut tenet Tondut. quæst. benef. 3. part. cap. 200. num. 12. & ita etiam tenet Villaroel. dict. quæst. 4. art. 5. num. 4. & segg. loquendo de Nuntio cum potestate Legati à latere creato, afferendo habere tantummodò jurisdictionem & potestatem Legati à latere in expressis in facultate , & non ultra : quod etiam videtur sentire Barbos. de jur. ecclesiast. lib. 1. cap. 5. num. 24. Fragos. de regim. Reip. dict. disp. 10. §. 2 n. 14. ibi: Nisi in his quæ speciali commissione Papæ Legatus exercet. Gom. Bajo prax. Eccles. part. 2. lib. 3. cap. 1. num. 1.

Probatur etiam , quia cùm Nuntius ¹⁸ Illusterrimus cum potestate Legati à latere , ut experientia docet , solùm provideat beneficia quantitatis 24. ducatorum , & non ultra, de qua provisone,& quod non possit beneficia majoris quantitatis providere , & quando , & quomodo probetur beneficia esse illius quantitatis , adeo ut proviso facta de benefi-

cio majoris quantitatis sit nulla , optimè & novissimè Cæl. Bicchius *decis Rot. 213. num. 11. & 12.* Clemens Merlin. *decis 157. num. 12. & decis. 785. num. 1. & seqq.* Ottobon. *decis. 172 n 10. & seqq.* & *decis. 221. per tot.* Barbos. *de jur. eccl. lib. 1. cap. 5. num. 51.*

19 Certum est non habere in effectu potestatem Legati à latere , sed solum in honore ; quia si haberet potestatem veram Legati à latere , de jure provideret beneficia cuiuscunque qualitatis , ac quantitatis , & pensiones ex solo titulo Legati à latere , absque alio speciali mandato aut facultate , prout in terminis tenet Gambar. *de offic. & potestat. Legati à latere , lib. 6. num. 77.* Garcia *de benefic. 1. part. cap 5. num. 281. & seqq.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 14.*

20 Et solum si haberet potestatem amplam providendi talia beneficia sine limitatione , diceretur Legatus à latere in effectu , & non in honore , ut tenet idem Solorzan. *dict. cap 4. num. 32.*

21 Et ideo in illis , in quibus habet facultatem expressam , & virtute illius potestatem Legati à latere , quod fit non potest dici factum à Sede Apostolica , nisi interpretativè , ut ex Gambar. *de offic. & potest. Legat. in exord. num. 43.* resolutivit Loter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 11. n. 20.* ubi respondet ad contraria: & *num. 21.* ubi quod si executioni brevi concepti sub clausula *non tamen à nobis provisus* , se opponat habens titulum etiam à Legato à latere , non juvabitur ea exceptione: & ibi multos refert.

22 Maximè quando sive jurisdictione Illustrissimi Nuntij sit ordinaria , sive delegata appellanda , semper est restringenda , & non amplianda ; nam etsi Nuntius cum potestate Legati à latere jurisdictionem ordinariam exercere dicantur , tanquam Legati de latere nati , sive missi ; tamen inspecto juris rigore , ut aliqui volunt , dato quod sint judices ordinarij , sunt superinducti , non verò naturales ; & sic odiosam jurisdictionem habent , quare non debet ampliari , sed restringi titulus cum potestate Legati à latere in Archiepiscopi aut Episcopi favorem , ut

tradit Glos. *in Clem. 2. ae offic. Ordinarij. Cassador. in decis. Juper regul. Cancellar. tit. de decretis in reservationib. decis 1. n. 3. & decis 3 num. 11. ibi: Nam & potestas Legatorum ut superinducta , & extraordinaria , ac ordinarijs præjudicans , restringenda est; Ordinariorum vero , ut naturalis & favorabilis amplianda. Crescent. decis. 20. de præbend. Putcus decis. 45. in fin lib. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 21. num. 38. Garcia de benefic. cap. 13 5. part. num. 9. August. Barboi. in prætermis. ad cap. P. & G. de offic delegat. num. 3. & seqq ubi multos refert.*

Si autem delegatam habet , fatis com- 23 pertum est in jure odiosam etiam restringendam esse , & non ampliandam , *cap. P. & G. 40 de offic & potest. judicis delegati* , ubi Glos. & scribentes communiter , & Barbos. & *in c. 1. de rescript. lib. 6.* & ibi Glos. Kochier *de jurisdic. ordinaria in exemptos, 2. p. quæst. 11. num 2. Amat. variar. resol. 8. num 4. & resolut. 39. num. 11.* & ita in specie Nuntij missi cum potestate Legati à latere , tradit Oliva *de foro eccl. 2. part. quæst. 23. n. 19.* Parexa *de edit. instrument. tit. 2. resol. 2. n. 7. & 8. & per tot.* ubi etiam tradit , & eleganter tractat , utrum Nuntius cum potestate Legati à latere teneatur edere litteras ei jurisdictionem tribuentes coram Rege , & quando ei credendum sit , & *resolut. sequentib* ubi etiam disputat eleganter , & est videndus ad varias quæstiones circa materiam : & ita manet satisfactum contrarijs , & indubitate quod Illustrissimus ac Reverendissimus Nuntius cum potestate Legati à latere missus , non habet in effectu potestatem Legati à latere , ultra casus in facultate expressos , sed solum intra concessos , & ad omnia in honore , ut concludit Fragos. *dict. disp. 10. § 2. num. 14.* & Villalob. *de Legat. quæst. 9. num. 9.* Guttier. *de jur. ram. part. 1 cap. 52 n. 6.* optimè Giurb. *conf. 19. num. 21.* & per tot. ubi ad omnia contraria respondet.

testate Legati à latere possit committere facultates suas: & num. 8.

9 *Clausula Sine præjudicio, jus Ecclesiæ aut Prælati conservat.*

C A P U T XXXIV.

De potestate permisſa Archiepiscopo negandi facultatem sibi petitam, ac de nullitate facultatis concessæ ab Illustrissimo Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere, ad hoc ut contradicente Archiepiscopo Illustrissimus Episcopus Capellanus major extra Parochiam cum Pontificalibus baptizaret.

SUMMARIUM.

- 1 *Papa læditur læsa jurisdictione Ecclesiastica, ac Ordinarij potestate. Archiepiscopi aut Prælati debent ecclesiastica jura, & suas jurisdictiones pro viribus defendere: ibid.*
- 2 *Lædens unum Episcopum, & perturbans Archiepiscopi jurisdictionem, contra libertatem Ecclesiæ facit, & omnes Episcopilæduntur: ibid.*
- 3 *Archiepiscopus aut Episcopus quando habet arbitrium à jure, vel à Concilio Tridentino, aut à constitutione, potest licet negare, aut concedere secundum arbitrium suum.*
- 4 *Utrum Nuntijs cum potestate Legati à latere credendum sit absque facultatum editione.*
- 5 *Utrum cum neget Archiepiscopus aut Episcopus licentiam, possit supplicans per viam querelæ recurrere ad Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & eam obtinere, & ille concedere.*
- 6 *Ex fundamento unius juris, & tituli cessat præsumptio & existentia alterius.*
- 7 *Legatus de latere nihil potest statuere contra jus, aut Concilium; nec se intronitare potest in jurisdictione ordinaria Archiepiscopi.*
- 8 *Utrum Illustrissimus Nuntius cum po-*

CUm summus Præful Dominus noster lædatur læsa jurisdictione Ecclesiastica, ac Ordinarij potestate, *cap. Gravem. 53. de sent. excommunic. & Archiepiscopi*, ac Prælati debeant ecclesiastica jura & suas jurisdictiones pro viribus defendere, ut multis citatis tenet Valenz. *in monit. contr. Venetos, part. 5.n.2.* quia lædens unum Episcopum, & perturbans Archiepiscopi jurisdictionem, contra libertatem Ecclesiæ facit, & omnes Episcopi læduntur, *cap. Olim, de injur. Clement.* *Si quis suadente, de pœn.* optimo jure defendit Illustrissimus Archiepiscopus suam jurisdictionem & potestatem, & impugnat licentiam ab Illustrissimo Nuntio concessam: & Ego ex ejus præcepto, ut Mitræ procurator, esse nullam ex defectu potestatis, & in defensionem Pontificiæ Majestatis ostendam.

Quoad primam partem resolutionis certa est conclusio; nam cum in Parochia, & non extra, nisi in caſu necessitatis, non possit infans baptizari absque Illustrissimi Archiepiscopi facultate, ut dicemus *c. 35.* & minus cum Pontificalibus, nisi cum Prælati licentia, juxta Sacros. Concil. Trid. decretum, ut etiam dicemus *c. 36.* jam conſtat de potestate permisſa Illustrissimo Archiepiscopo ad facultatem sibi petitam negandam, tam ex resolutis *in dict. cap. 36.* quam etiam, quia cum D. Archiepiscopus liberum, & absolutum arbitrium haberet à jure, à Concilio Tridentino, & etiam à constitutione Archiepiscopatus, licet secundum illud habebat negandi facultatem, & ad libitum non concedere licetum ei erat, ut negavit ex causa sibi visa; & non potuerat reprehendi cur ita faciebat, cum ad libitum negare, aut concedere poterat, tanquam Princeps in spiritualibus in sua Diocesi, cui in potestate liberè arbitrandi, aut negandi comparatur, ut ex Decian. *conf. 47 in princip. vol. I. Gratian. forens. cap. 170.* num.

70 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

num. 6. Giurb. decis. 21. num. 4. Monter. à Cueba decis. 7. tenet Valeron de transact. tit. 3. quæst. 1. num. 22. 23. & 24.

3 Quoad secundam partem indubitabilis etiam est resolutio nullitatis oppositæ contra facultatem concessam ab Illustrissimo Nuntio, de qua *cap. 1. num. 3.* quia dato quod in effectu haberet potestatam Cardinalis Legati à latere, ut in initio facultatis asserit, & tali assertioni credendum esset absque facultatum editione, contra DD. resolutiones, de quibus latè Parexa de instrum. edit. tit. 2. resol. 2. & aliorum, de quibus Nos infrà *cap. 38. num. 3.* & esset in effectu Legatus à latere, ut asserit, adhuc etiam dicta facultas est invalida, & ex defectu potestatis nulla, ut patet ex seqq.

4 Primò, quia ut asserit dictus Illustrissimus, ac Reverendissimus Nuntius, concedit facultatem cum verborum sequentium fundamento, ut patet ex gratia inserta *cap. 1. num. 3.* ibi: *Recurrenti pro consequitione supradictæ gratiæ, quæ alias ab ordinarijs Prælatis dicta potestate minimè suffultis, ut præfertur, impartita fuit, annuendum esse jure merito existimamus.* Ex quo fundamento concedere licentiam non posse certum esse arbitramur, quia si Archiepiscopis, aut Episcopis ad aliquid faciendum aliquis facultatem petivit, & fuerit ab eo negata licentia, tam judicialiter, quam extra-judicialiter, non potest supplicans per querelæ viam, nec sine illa recurrere ad Illustrissimum ac Reverendissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & ab eo eam obtainere; nec ille in jurisdictionis ordinariæ præjudicium, aut perturbationem dictam facultatem negatam concedere, ut latè dicemus *c. 39.*

5 Secundò, quia dictus Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere non habet facultatem expressam in concessione ad hoc, ut possit concedere contradicte Archiepiscopo licentiam baptizandi infantem extra Parochiam per Episcopum cum Pontificalibus; si enim eam hauisset, non essent fundatum gratiæ illa verba, de quibus in dicta facultate, ibi: *Quapropter facultates nobis de jure competentes ad effectum de super-*

memoratum, &c. Quia tunc ita asserere debuerat, *Quapropter facultates nobis ex facultate competentes.* Et cùm de jure competere asserat, & non de facultate, fateri videtur non habere facultatem expressam in concessione: & dato quod haberet, ea usus non fuit, sed de jure; ex assertione enim unius tituli cessat præsumptio, & existentia alterius melioris, ex doctrina Baldi in l. Si cerius annis *num. 9. Cod. de pact.* quem ad hoc laudat Ruinus *conf. 63. num. 21. lib. 1.* Paris. *conf. 23. num. 11. lib. 4.* Rot. Roman. in recent. apud Farin. *decis. 412. num. 2. part. 2.* in posthum. *decis. 14 num 1. circa finem, Ludov. decis. 467 num. 7.* Serafin. *decis. 1235. num. 4.* & *decis. 1498. num. 18.* cum alijs Parexa de instr. edit. tit. 10. resol. 2. num. 3. optimè Garcia de benefic. part. 11. *cap. 3. num. 329.* Loter. de re benefic. lib. 3. quæst. 21. num. 37. & 38.

Et cùm ad gratiæ concessionem fuisset causa juris fundamentum, ut patet ex dictis verbis, *nobis de jure competentes,* fuit concessio invalida, & nulla extitit licentia; nam licet dictus Illustrissimus fuisset Legatus de latere, non illi licebat concedere dictam facultatem adversus S. Concil. Trident. decretum, & contra jus aut constitutionem Archiepiscopatus; hoc enim est prohibitum etiam Legato de latere, quia nec ille, nec à fortiori Nuntius cum potestate Legati de latere potest dispensare in conciliaribus dispositionibus, nec contra jus, aut S. Concilium Trid. aliquid statuere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, qui in illius decreto fundatur, ut dicemus *cap. 38.* neque etiam se intromittere in Archiepiscopi jurisdictione, ac Episcopi potestate, nec etiam eam turbare, aut impedire, aut aliquid contra ipsam jurisdictionem statuere, nec cum eo in prima instantia concurrere, sed solum in secunda per appellationis viam, ut ostendemus *cap. 39.*

Et quando Illustrissimus ac Reverendissimus Nuntius haberet expressam facultatem exercendi per seipsum in alieno Archiepiscopatu Pontificalia, adhuc etiam erat invalida commissio facta in facultate Illustrissimo Episcopo Capellano

Iano Majori in verbis sequentibus gratiæ , ibi : *Illustissimo Domino Episcopo Capellano Majori tenore præsentium pro hac vice tantum tribuumus , & communiamus, ita ut ipse etiam nomine nostro juxta autoritatem quam fungimur , omnia de super contenta gerere ac perficere valeat.* Quia dictam facultatem Illustrissimæ Dominationis suæ concessam dicto Illustrissimo Episcopo communicare ac tribuere non poterat , ex rationibus , & resolutionibus de quibus Nos *cap. 40.* nec Illustrissimo Nuntio si haberet facultatem expressam ad hoc , secundum eam erat permisum , quinimò Illustrissimo Episcopo prohibitum etiam cum dicta licentia absque Illustrissimi Archiepiscopi facultate , ex juris dispositione , ac S. Concil. Trid. decreto , ut dicemus *dict. cap. 38. & cap. 39.* contra quod nihil nec directè , nec per indirectum decernere ei licitum erat in jurisdictionis D. Archiepiscopi præjudicium.

8 Neque etiam esto quod potuisset dispensare , ac committere , erat valida licentia , sed potius invalida ; deficiebat enim causa legitima , & non erat sufficiens in supplicatione , de qua *cap. 1. num. 3.* relata , virtute cuius fuit concessa , ut latè dicemus *cap. 41.*

9 Maximè quando fuit concessa cum verbis finalibus , ibi : *Sine tamen ullo Ecclesiæ , ac jurium parochialium præjudicio.* Quæ clausula , etiam quando Illustrissimus Dominus Nuntius haberet facultatem expressam ad gratiæ concessionem , jus Ecclesiæ , aut Prælati conservavit , ac si nihil concessum fuisset . *Surd. decis. 163. num. 17. Peregrin. de fideicom. art. 47. n. 9. & 29. & art 48. num 36. & cons. 2. num. 63. lib. 1. Marescot. var. lib. 1. c. 55. n. 31. & c. 137. uum. 2. Puteus decis. 32. num. 1. lib. 2. additio ad Ludovis. decis. Roman. 332. num. 6. Giurb. de feud. §. 2 glos. 9 n. 74. & 77. vers. Posterior, Salgad. in labyrinth. creditor. part. 2. cap. 6. num. 9. & seqq. & num. 69. & seqq. Bicch. decis. 341. num. 14. & 15. & decis. 614. num. 7. & decis. 218. num. 2. & 3. & decis. 23. num. 14. Otthobon. decis. 228 num 3. ubi optimè.*

10 Et cum Ecclesiæ præjudicium fuisset

indubitable in Pontificalium exercitio absque Prælati licentia , ac etiam in Baptismo extra Parochiam , nullo modo absque Archiepiscopi approbatione exequi potuerat , & ita manet probata nullitas facultatis concessæ ab Illustrissimo ac Reverendissimo Nuntio , esto quod haberet in effectu potestatem Legati à latere , & ut nulla exequi non debebat ; nullum enim producebat effectum talis gratia nulla ex defectu potestatis , & ut talis non exequenda erat , nec ab Illustrissimo Archiepiscopo , casu quo ei ostenderetur , observari debebat , ut dicemus *cap. 42.* poterat enim etiam in his terminis præsentationis ei non obedire , & ex defectu potestatis , & jurisdictionis dictam gratiam non admittere , sed cognoscendo respectu suæ jurisdictionis ordinariæ de ejus nullitate nacta ex gratiæ ventre , eam licetè non observare , ut dicemus etiam *cap. 43.* Ex quibus constat de resolutione quæstionis circa gratiæ nullitatem , & justificatione negationis factæ ab Illustrissimo Archiepiscopo , non obstante dicta facultate , ut melius ex seqq. apparebit .

C A P U T XXXV.

De Fonte Baptismali Parochiæ in qua baptizari debent infantes , & non extra , nisi in casu necessitatis : & utrum possit aliquis baptizari in Monasterio exemplo ex Nuntij cum potestate Legati à latere facultate , absque consensu Archiepiscopi , aut Episcopi , & contradicente eo.

S U M M A R I U M.

- 1 De Baptismo , & de ejus effectu.**
- 2 Baptismus non potest fieri in domo , sed in Parochia : & quomodo & quando possit fieri extra , & num. 3. 4. 5. 6. 7. & 12.**
- 3 Baptismus habet effectum , sive à bono , sive**

sive à malo Ministro administretur, &
n. 10. & 11.

9 Baptismus debet fieri non in nomine baptizantis, sed in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Reverentia tanti Sacramenti, quale est Baptismus, in quo originale peccatum in infantibus, actualia etiam in adultis remittuntur, per quod fructus sanguinis Christi Domini nostri in cruce effusi copiosè percipitur, locum in quo administraretur cum debito cultu in Ecclesia ædificatum, perpolitum, & cum veneratione custoditum requirebat. Cùm enim ex Beda *in Genes. cap. 5.* Noë per aquam & lignum liberasset suos; Christus per crucem, & baptismum liberavit Christianos: unde ratio recta poscebat ut locus construeretur, qui Fons Baptismalis, sive Baptisterium appellatur, ad nostram regenerationem operandam: quod baptisterium alij appellant fontem sacrum, ut dicit Durand. *de ritibus Eccles. lib. I. cap. 19. n. 10.*

2 Quandoquidem expressissima erat prohibitio *in Clem. unic. de Baptismo*, ne Baptisma conferatur in aulis, vel cambris, aut alijs privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesijs Parochialibus, in quibus ad hoc munus obeundem fontem specialem deputari statuitur, casu necessitatis excepto, & pro filijs Regum vel Principum, ut ibi communiter notant DD. de quibus Barb. *in collect. & de potest. Paroch. cap. 18. num. 39.* ubi latè quid sub nomine Principum intelligatur.

3 Et nec Monasterium Exemptorum, nec etiam Ecclesiæ omnes Baptisterium habere possunt, sed tantum designata ab Archiepiscopo, aut Episcopo, vel Parochia, ut notat Baun. *de Sacram. tom. I. tract. 2. cap. 1.* Clericos verò qui in alia parte ministrant, vel baptizant, hoc illius loci Archiepiscopi, aut Episcopi auctoritate, & licentia facere debere decernitur: quare si quis Clericus hoc non sic servaverit, deponendus est, ut sunt verba textus *in can. Clericos, de consecrat dist...* qui desumptus fuit ex Concilio generali *in Trullo, can. 3.* & ibi

ctiam idem constituitur *can. 59* ubi idem disponitur.

Quare ex Concilij Meldensis decreto *cap. 7.* cuilibet Parochiæ suus assignatus fuit Fons, qui intra Ecclesiam collocatur, in quo baptizantur parvuli, aut infantes: qui fons debet esse vas lapideum. Barb. *de paroch. cap. 18. num. 38.* Gavant. *in man. Episcop. verb. Baptismus, num. 32.* addens debere esse sine rima, hoc est fractura; & in eo debet infans baptizari ad instantiam patris.

Nam cùm baptismus infantibus administretur, ut actus spectans ad parentes, seu gestantes, per quos parvuli fidem profitentur, quâ mediante baptizatus in Ecclesiam intrat, filiusque ipsius efficitur, *cap. Quævis, cap. parvuli, de consecr. dist. 4.* Merlin. *dec. 288 num 6.* meritò in Parochia talis professio fieri debet, ut matre parochianorum, quia mater ista spiritualis spiritualiter in fide recipit, & parturit infantem, quem fides patris ac susceptoris regenerandum petit, quia per Baptismum ipsum filium Dei facit adoptivum, & à diaboli eripit potestate, ut multis citatis tenet August. Barbos. *in Const. Apostolic. verbo Baptismus, collect. 54. num. 1.*

Ideoque in ipsamet Parochia, & non extrâ debet baptizari, excepto necessitatis casu, ex dictis, & ex constit. Ulissiponensi, in qua ita statuitur, & mandatur *lib. I. tit. 7. pag. 24. decreto 3 § 2.* ibi: O lugar em que se hade administrar o baptismo, he a Igreja Parochial, em pia baptismal della, na qual mandamos sejam baptizadas todas as crianças, salvo os casos de necessidade. Et § 3. ibi: Com tanto que seja na mesma Igreja Parochial. Et pag. 25. § 5. ibi: O Sacerdote, ou qualquer outro Clerigo que baptizar criança alguma fora da pia baptismal da Parochia, tirados os casos de necessidade, incorrerá em excomunhão e suspensam de suas ordens. Et iam diximus certum esse de jure, suprà in hoc capite.

Per Parochum, & non per alium debet administrari Baptismus, nisi obtenta facultate illius; & intra Parochiam, & extra eam de Archiepiscopi aut Episcopi licentia, ex textu *in cap. Placuit, 7. quest.*

Pars I. Caput XXXVI.

quæst. 1. cap. Sicut, 9. quæst. 2. cap. Nullus 3. de Paroch. Barb. de Paroch. cap. 18. n. 7. Conſt. Ulissiponens. lib. 1. tit. 7. in princip. Et decret. 3. §. 3.

8 Et tunc sive à bono, sive à malo ministro administretur, tanta est Baptismi virtus, ut æquè gratiam conferat sive ab uno, sive ab altero administretur. Baron. anno Christi 726 num. 47. tom. 9 cuius rei rationem adducit Divus August. relatus in cap. Dominus 87. 1. quæst. 1.

9 Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine Divinae Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti hujus gratiæ donum percipit baptizatus, ut docuit Divus Gregor. epistol. 4 quem refert Baron. ann. 726. num. 41. & seqq.

10 Nec quales Sacerdotes sint, sed quid de Domino loquantur, est magnoperè providendum: de quo est textus in cap. Non qualis 86. cauf. 1. quæst. 1. latè Fermosin. crim. tract. 2. ad tit. de haeretic. ubi multa de Baptismo, & quomodo debeat esse quis baptizatus, ut tanquam haereticus puniatur.

11 Unde doctrina bona etiam à malo Sacerdote debet accipi, ex cap. In Sacerdotibus. Moscon. de majest. Milit. Eccles. part. 1. lib. 1 cap. 19. De quo Baptismo, & de ejus origine & materia, his non consideratis, nec allegatis, vide Caſtr. Palao tom. 4. tract. 19. disput. unic. de Sacrament. Baptismi.

12 Ex quibus conſtat baptismum fieri debere in Parochia, & non extra, niſi in caſu necessitatis, & non in monasterio exempto, contradicente Episcopo, ex Nuntij etiam cum potestate Legati à latere facultate; quia cùm sit contra jus concessa, nihil potest contra jus aut Concilium, ut dicemus cap. 38. & ita fuit nulla Illustrissimi Nuntij licentia.

¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶: ¶:

C A P U T XXXVI.

Utrum Episcopus possit baptizare cum Pontificalibus, aut exercere Pontificalia in monasterio exemptorum, aut in alia Ecclesi-

Pars I.

XXXVI.

73

sia absque licentia Archiepiscopi, au: Episcopi, in cuius Diœcesi invenitur, & eo contradicente, cum facultate Nuntij cum potestate Legati à latere ab eo obtenta.

S U M M A R I U M.

- 1 Nullus Episcopus potest exercere Pontificalia in aliena Diœcesi, niſi de licentia Archiepiscopi aut Episcopi illius.
- 2 Contrarium num. 3. ubi respondetur.
- 4 Ampliatur quamvis Capellanus major sit, & quare: ubi reprobatur Alzeao, & num. 6.
- 5 Doctor quando perfunctorie loquitur, non est ei credendum.
- 6 Concilium Tridentinum revocat privilegium Imperatorum & Regum.
- 7 Episcopus alienus etiam inducente Patriarcha non potest exercere Pontificalia, nec etiam Archiepiscopus: & num. 8.
- 9 Episcopus si voluerit exercere Pontificalia in monasterio, aut loco exempto, non ſolum debet habere licentiam Praelati loci exempti, sed etiam Archiepiscopi intra cujus fines locus exemptus est constitutus.
- 10 Exempti quoad ordinem Episcopalem ſunt ſubiecti Archiepiscopo, aut Episcopo Diœcesano.
- 11 Nuntius Apostolicus absque licentia non potest exercere Pontificalia, & an poſſit facultatem concedere ad hoc.
- 12 Exercere aliquis Pontificalia quando dicatur, & an ſit prohibitum exercitium tantummodo, an verò uſus: & num. 14. & 15. ubi explicatur, & cui competat concedere facultatem.

Hæc resolutio in favorem Archiepiscopi aut Episcopi ordinarij loci eſt clara, attentis verbis sacroſancti Concilij Tridentini ſeff. 6. cap. 5. de reformat. ibi: Nulli liceat cujusvis privilegij praetextu Pontificalia exercere in alterius Diœcesi, niſi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario ſubiectas tantum: ſi ſecus factum fuerit, Episcopus

K

copus

copus ab exercitio Pontificalium , & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso jure suspensi.

² Idem etiam statutum est in Concilio Constantiensi cap. 2. relato in cap. *Placuit*, 7. quæst. 1. & in cap. 1. & per totum, in quæst. 2. August. Barb. de potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 7. num. 11. & alleg. 6. n. 14. ubi ampliat: & in collectan. ad Concil. pro quo militant Theologi, Navarr. conf. 69. de sententia excommunicat. Sayr. in florib. decision. sub tit. de sentent. excommunicat. decis. 70. Guttier. canonicar. lib. 1. cap. 26. num. 29. Salzed. ad Bernard. in practic. c. 26. lit. A. Henriq. in summ. lib. 11. cap. 3. §. 2. Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 17. num. 17. Narbon. l. 59. num. 22. tit. 4. lib. 2. recopil. Petr. Gregor. syntagmat. jur. lib. 16. cap. 9. Anguijan. de legib. lib. 2. contr. 1. Alzed. de præcellentia Episcopi part. 2. cap. 5. Zerol. in prax. Episcopal. verb. Archiepiscopus, & part. 2. verb. Episcopus: Ledesm. 1. p. tract. de sacram. Ordin. cap. 8. conc. 4. dub. 4. Mirand. in manuali Prælator. tom 1. quæst. 38. art. 1. Piansecius in prax. Episcopal. 1. part. cap. 1. Cened. ad Decretum, collectan. 52 num. 1. Ugolin. de offic. Episcop. cap. 2. §. 2. Riccius 2. p. decis. 188. Bonacin. de suspensib. in particular. disp. 3. quæst. 1. punct. 12. & de censur. disp. 3. quæst. 6. punct. 9. Campanil. in divers. jur. Canonic. rubric. 9. cap. 1. Coron. de dignit. Episcopal. tract. 2. cap. 15. §. 7. num. 1. Pasqualig. de sacrif. novæ Legis, quæst. 1229. & seqq. ubi explicat: Baptista de Luca theatr. verit. & just. tom. 3. de præminent. disc. 16. n. 5. & seqq. qui in discurs. 31. in Pontificalibus funeralibus loquitur: & eleganter Prosper Fagn. in cap. Cùm dilectus, num. 22. de religios. dom. & in cap. Quia nos, num. 5. & 12. de author. & usu Pallij, & per tot. pag. 141. Frances de Eccles. Cathedralib. cap. 32. num. 32.

³ Et quamvis aliqui tenerent contrarium, procedunt de jure antiquo, non verò attento jure noviori Sacrosancti Concilij Tridentini, secundum quod reprobata est hæc opinio, ut tenet Gavant. in Enchir. Episcopor. verb. Functiones Episcopales, num. 12. ubi de consuetudine universalis testatur: Dian. part. 3. tract. 6,

resol. 36. & part. 4. tract. 4. resolut. 143: vers. Notandum: & iterum tract. 6. part. 11. resolut. 23. Sanch. in opuscul. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 50. num. 2. ubi in specie reprobat hanc opinionem: Baun. in Theolog. moral tom. 2. tract. 8. quæst. 18. Lessius in 3. part. Divi Thom. cap. 2. de suspensione, num. 7. Thesaur. in prax. part. 2. cap. 4. n. 3. Schillant. de privileg. Episcopor. p. 2. cap. 3. num. 4. ubi testatur de praxi omnium Episcopor. Tamburin. de jure Abbat. 1. part. disp. 15. quæst. 15. Manriq. quæst. moral. 2. part. quæst. 14. eleganter sic explicat Prosper Fagn. ubi sup. Tusch. lit. L. conclus. 158. ubi refert quod non valet argumentum: Hoc potest Episcopus: Ergo etiam Legatus in sua provincia.

Quamvis Capellanus Major sit, quia ad hoc non habet privilegium expressum à Summo Pontifice Domino nostro, & de jure communi est subiectus, & tenet Sacellum Regium: Turret. cap. 4. num. 40. quia extra illud non habet jurisdictionem, quamvis habeat jurisdictionem in illius personas. Fermosin. in cap. 1. quæst. 1. n. 4. de for. compet. Mend. in prax. 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 9. & semper Capellani manent subiecti Ordinario quoad ordinem Episcopalem, cap. per exemptionem, de privileg. cap. Cùm Capella, de privileg. Concil. Trident. sess. 24. cap. 11. de reform. in terminis Fulv. Constant. in l. unica, Cod. de Palat: & domibus: & idem de Sacello Regio ait de Turret. cap. 4. num. 41. licet contrarium dicat Alzed. de præcedent. Episcopal. 2. p. cap. 1. num. 66. quia loquitur secundum concessiones Apostolicas, ut videre est per Rodriguez, quem allegat, & ad hoc Regnum non extenditur. Giurb. observ. 6 n. 26. Posth. resolut. 108. num. 31. Valenz. conf. 33 num. 271.

Maxime quando perfunctoriè Doctor loquitur, ei non est credendum. Souf. de Maced. decis. 22. num. 31. Galeot. alleg. fisc. 13. num. 46 & cùm fecisset liberum in decimonono anno; ut ipse testatur 2. part. cap. 3. num. 10. ideo in alio loco reprobatur à Parexa de instrumen- tor. edit. tom. 1. tit. 5. resol. 5. n. 37.

Et allegando Fr. Emanuel. Rodrigues 6
tom. 3.

tom. 3 *desus obras morales*, cap. 62. cùm debeat intelligi Doctor secundùm legem ac Doctorem quem allegat. Larrea alleg. 20. num. 24. Posth. resolut. 7. n. 60. Valenz. conf. 18. num. 52. & conf. 35. num. 10. Rodrig. in d. cap. 62. & solum fundatur in concessionibus Apostolicis, ut patet ibi: *Conformes concessiones Apostolicas*. Et cùm concessiones impressæ Capellani Maioris hujus Regni non habent tale privilegium, illum non comprehendit talis doctrina, juxta dicta; eo maximè quando tales concessiones, licet apparerent, sublatæ & revocatae fuerunt per Concilium, ex constitutione Pij IV. confirmatoria Concilij, quam refert Frances *Pastoral. Regular.* p. 2. quæst. 1. num. 30. ibi: *Seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum*. Et ita extra Capellam Regiam non potest exercere Pontificalia absque licentia Archiepiscopi, sicut alij Episcopi non possunt, licet intra illam, ut Episcopus possit.

7 Ideoque non potest Episcopus alienus, etiam inducente Patriarcha obire munera Pontificalia in Diœcesi alicujus suffraganci, nisi de ejus licentia. Galletus in *Margarit. casuum conscientiae, verb. Episcop.* refert decisum Riccius in *prax. Ecclesiastic.* resolut. 495. Barbos. dict. alleg. 6. num. 14. & ad *Concil. Trident.* sess. 6. cap. 5. de reformat. num. 2. Corona dict. §. 7. num. 2. pag. 242. colum. 2.

8 Nec Archiepiscopus hoc ipsum facere potest, cùm sub eadem prohibitione, quæ Episcopum ligat, comprehendatur quoque Archiepiscopus quoad materiam de qua agimus, ut tenet Corona ubi proximè, Piasec. in *prax. verb. Archiepiscopus, vers. Ad secundum*, & censuit sacra Congregatio Episcoperum apud Barbos. dict. alleg. 6. num. 14. & ad *Concil.* num. 3.

9 Et si voluerit Episcopus exercere Pontificalia in Monasterio, aut loco exempto, non solum debet habere licentiam Prælati loci exempti, sed etiam Archiepiscopi aut Episcopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus: ita Aloysius Riccius in *praxi rerum fori Ecclesiastici, præst resolutionem* 495, Galletus

in Margarit. casuum conscientiae, verb. Episcopus, August. Barb. dict. alleg. 6. n. 12. & in collect. ad *Concil.* dict. cap. 5. n. 10. Coron. dict. §. 7. pag. 243 colum. 1.

Exempti enim quoad ordinem Episcopalem sunt subjecti Archiepiscopo aut Episcopo Diœcesano. August. Barb. de potest. *Episcopi alleg.* 105. num. 65. Tamburin. de jur. *Abbat.* tom. 1. disp. 15. quæst. 7. num. 42. Frances in *Pastoral. Regular.* 2. part. quæst 18. num. 15.

Et ideo Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi absque ejus licentia non debet exercere Nuntius Apostolicus, ut ex Aldano, qui ita refert decisum in sacra Congregatione, afferit Barb. ad *Concil.* dict. cap. 5. num. 18. si non habeat ad hoc facultatem expressam: & sicut non potest exercere Pontificalia, de quovide Lucam *theatr. verit. & just.* tom. 3. de *præminent. disc.* 16. num. 5. ita non potest concedere facultatem ad hoc ut aliis Episcopus contradicente Archiepiscopo possit exercere Pontificalia, tum ex dictis, tum quia cùm hoc sit prohibitum per sancti Concilij Tridentini decretum, nihil potest Nuntius, nec etiam Legatus à latere statuere contra jus, aut Concilium Tridentinum, ut dicemus *cap. 38.* quia ad hoc est necessaria expressa facultas Pontificis, ut ibi diximus: & cùm ei de jure non competit, & fundamentum concessionis facultatis concessæ ab Illustrissimo Nuntio fuisset prout de jure sibi competebat, ut constat ex verbis gratiæ, de qua *cap. 1. n. 3.* ibi: *Quapropter facultates nobis de jure competentes; meritò resolvimus non obstatre facultatem, nec sufficere ad hoc ut Illustrissimus Episcopus Capellanus Major potuisset exercere Pontificalia in monasterio exempto, etsi Illustrissimus Nuntius sit Prælatus illius; quia adhuc in hoc casu requirebatur licentia Archiepiscopi, aut Episcopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus, ut tenet Coron. d. tract. 2. & dict. §. 7 n. 2. pag. 243. colum. 1.* quia duplex licentia requiritur; una Prælati monasterij, altera Archiepiscopi diœcesani.

Exercere autem Pontificalia dicitur, quando Episcopus celebrat insignitus mitræ,

mitrā, baculo pastorali, annulo, sandaliis, tunicelia, dalmatica, chirothecis, & cruce pectorali, quæ habent suas mysticas significationes, de quibus sigillatim nos diximus cap. 22. & seqq. ita tenet Corona de potest. Episcopi tract. 2. cap. 4. num. 5. latè & eleganter August. Barb. dict. alleg. 6. num. 8. & seqq. & alleg. 111. num. 33. Pasqualig. de sacrific. nouæ Legis quest. 1230. num. 1. & seqq.

13 Erit autem Ordinarius loci, de cuius licentia Pontificalia in sua Dioceesi alienus facere potest, primò Episcopus in cuius Dioceesi constitutus est locus in quo Pontificalia exercenda sunt. Secundò Capitulum Sede vacante, qui cùm succedat in locum Episcopi demortui, exceptis quibusdam casibus, benè potest concedere licentiam Episcopo exterò exercendi Pontificalia in sua Ecclesia, ut ex Bonacina tenet Barbos. dict. alleg. 6. num. 14 & ita manet indubitabile, Episcopum non posse exercere Pontificalia in aliena Dioceesi absque consensu proprij Archiepiscopi, aut Episcopi. Quod tamen temperandum videtur, ut solum procedat in celebratione cum Pontificalibus Divinorum Officiorum, quæ continent exercitium Pontificalium cum actu concernente ordinem; non autem de usu Pontificalium simplici in Missis privatis, ut probat Glos. in Clementin fin. verb. Celebrare, de privileg. cum multis Barbos. de potest. Episcop. alleg. 30. num. 13. & part. 3. alleg. 81. num. 14. Alzed. de præcellentia Episcop. 1. part cap 13. num. 88. & seqq. cum multis alijs Pascal. d. q 1230. num. 5. & seqq & maximè num. 14. & ultra quos refert, idem tenet Villalobos in summa, tom. 1. tract. 18. difficultat. 9. n. 5. Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. disp. 15 quest. 15. num. 3. Campanil. in divers. juris Canonici, rubric. 9. cap. 5. num. 1. & 3 eleganter etiam Quarant. in Summa, verb. Archiepiscopi authoritas, num. 32. Coninch. de sacrament. disp. 26 dub. 5. n. 35.

14 Quæ resolutio probari potest ex verbis S. Concilij. Primò patet ex verbo hoc exercere, quæ vox non tantum significat usum pontificalium, sed etiam exercitium super alios. Secundò ex his

verbis, in personas eidem Ordinario subjetas. Tertiò ex sequentibus, & sic ordinati; quia (inquit Barbos. in collectan. Doctor. in Concil. Trident. post Marium Alterium, Felicianum de Vega ad cap. Et si clerici, §. Si vero, num. 34. de judic.) etsi fortassis in ordinato non ad fuerit aliqua culpa, attamen quia ob ipsam ordinationem Episcopus, qui confitit Ordinem ipso facto incurrit Pontificalium suspensionem, inde est quod adem suspensio respectu Ordinis suscepti ad ipsum ordinatum protrahatur. Cùm igitur Concilium Tridentinum prohibeat Episcopis exercere in alijs Dioceesis officia Pontificalia, sequitur posse ibi celebrare cum Pontificalibus, cum mitra & baculo; sic enim celebrans non exercet in alios officia Pontificalia prohibita à Concilio, sed tantum sacrum celebrat cum Pontificalibus ornamenti. Porro hanc opinionem probabilem putat Paulus Layman. in questionibus Canonicis, cap. 17. num. 224 & veram existimat Ioannes Vanseel in Clement. de privileg. Mauritius Alzedo in prax. Episc. part. 1. cap. 13. num. 88. qui plures alios citat; & ita tenet Corona de potest. Episcop. cap. 4. num. 7. pag. 132.

Sed adhuc etiam in hoc casu contraria opinio mihi verior videtur, & in his terminis eam sequuntur Pacian. de Prælato lib 2. cap. 29. num. 46. & 54. Campanil. in diversor. Jurius Canonici, rubrica 6. cap. 1. n. 2. resolut... Gravant. in manuali Episcoporum. verb. Orationes Episcopales, n. 11. Diana part. 2. tract. 6 resolut. 36. & part. 4. resolut. 183. vers. Notandum est. Barb. de potest. Episcop. alleg. 80. num 14. Kochier. de jurisdic. in exemptos part. 2. quest. 1. num. 8. quos refert idem Pasqualig. dict. quest. 1230. num. 3. & 4. cum quo probatur ex Sacrosancto Concilio dict. cap. 5. ubi prohibet Episcopis in aliena Dioceesi usum Pontificalium; & non intelligitur solum quaterius dicunt adversi prohiberi exercitium aliquis actus concernentis ordinem Episcopalem, sed etiam usum insignium Pontificalium; nam usus & praxis ita interpretantur, cùm non celebrent Episcopi in aliena Dioceesi cum Pontificalibus

bus sine licentia. Nec dici potest, quod id faciant ob reverentiam, & decen-
tiam, quia si negaretur licentia, de facto
celebrarent: quia non est credendum
quod vellent amittere jurisdictionem, si
illam haberent; & cum insignia Pontifi-
calia contineant signa jurisdictionis,
non potest Episcopus in aliena Diœcesi
exercere jurisdictionem, nec potest uti
in signibus Pontificalibus, ut prosequi-
tur idem Pasqualig. *dict. num. 4. & 10. &*
seqq. ex quibus satisfit contrarijs.

C A P U T XXXVII.

Vtrum si ab Archiepiscopo aut
Episcopo ad aliquid faciendum
aliquis petivit licentiam, & fue-
rit ab eis negata, tam judicialiter,
quam extrajudicialiter, pos-
sit supplicans per querelæ viam,
aut sine illa recurrere ad Nun-
tium cum potestate Legati à la-
tere, & eam obtinendo exequi,
contradicente Archiepiscopo,
aut Episcopo?

SUMMARIUM.

- 1 Negata facultate ab Archiepiscopo aut
Episcopo inferiori, potest recurri ad
Nuntium cum potestate Legati à la-
tere, ut superiorum, ut per viam que-
relæ concedat quod ab inferiori nega-
tum est.
- 2 Contrarium est verius, attento sancti
Concilij Tridentini decreto.
Nuntius cum potestate Legati à latere,
ac etiam Legatus à latere, ut supe-
rior, dempto Pontifice, non potest se
intromittere, aut ingerere per viam
querelæ, nec recursus ad conceden-
dum quod negatum fuit, ibid.
- 3 Nuntius, aut Legatus à latere nihil po-
test mandare nisi per viam appellatio-
nis in secunda instantia, servatā for-
mā Concilij ad cap. Romana.

4 Idem observatur in Archiepiscopo respe-
ctu Episcopi suffraganei: & quare,
num. 5.

6 Idem in Auditore Cameræ Apostolice,
ac alijs Judicibus superioribus Ro-
manæ Curiæ.

7 Nec Nuntius, nec Archiepiscopus adiri
à subditis potest per viam querelæ in-
terpositæ à negatione Archiepiscopi,
aut Episcopi; & quare: & num. 8.

8 Querelare non est appellare, sed dicere de
nullitate; & ideo non potest Nuntius
cognoscere de nullitate per viam que-
relæ, sed per viam appellationis.

9 Ampliatur etiam probata consuetudine
contraria.

10 Propter negligentiam quando, & quo
tempore habeat locum recursus.

11 Respondetur ad contraria.

LIcet negatâ facultate ab Archiepif- 1
copo, aut Episcopo inferiori, ex
negligentia, aut negatione sua posset
de jure recurri ad Nuntium cum pote-
state Legati à latere, uti superiorem, ut
per viam querelæ concedat quod ab in-
feriore negatum est, ex doctrina Bart.
in l. si expressim, num. 14. & 15. de appell.
Abbas in cap. In literis, in fin. de offic. de-
leg. quos refert Ciarlin. forens. tom. 2 cap.
125. num. 25. & 26. ex cap. 1. de offic. Leg.
& tradit num. 43. Prosper Fagn. in cap.
Significasti, num. 33. de foro compet. pag.
98. Themud. 3. part. quæst. 17. num. 18.
August. Barbos. in cap. 1. de offic. Legat.
n. 1. Giurb. observ. 56. num. 21.

Attamen de jure noviori S. Concil. 2
Trid. hæc querela fuit sublata, & dispo-
situm, quod in prima instantia Archie-
piscopus, aut Episcopus non potuissent
decidere, concedere, aut negare quod
sibi visum fuisset; adeo ut Nuntius cum
potestate Legati à latere, ac etiam Le-
gatus à latere, ut superior, dempto Pon-
tifice non possit se intromittere, aut in-
gerere in materia per viam querelæ, aut
recursus ad concedendum quod nega-
tum fuit, ut latè probat Ciarlin. *dict. cap.*
125. n. 1. & seqq. & n. 27. & seqq. & in
specie Nuntij cum potestate Legati à
latere, & Legati à latere Leo in thesaur.
fori Eccles. part. 1. cap. 2. n. 20. & part. 2.

78 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

*cap. 7. n. 61. & optimè idem Ciarlin. dict.
cap. 125. num. 44. & seqq. & n. 48. vers.
Ergo concludit, ibi: Ergo etiam Legati
habent limitatam jurisdictionem de jure ad
causas appellationis, & sic non poterunt
adiri per viam querelæ: & num. 82. & cap.
148. num. 35. & seqq. optimè Bordon.
decis miscell. decis. 423.*

3 Nec alio modo potest decidere aut mandare, nisi per viam appellationis in secunda instantia, servata formâ Concilij & dicti capititis *Romana*, ut sunt verba Concil. ex quibus ita tenet Fusc. *de vis. lib. 1. cap. 33. post num. 3.* Francisc. Leo *in foro Eccles. Thesaur. part. 1. cap. 2. num. 20.* & *part. 2. cap. 7. num. 61.* ubi loquitur de Nuntijs Apostolicis Legatis à latere. Vivian. *de jure patron. part. 2. lib. 7. cap. 3. n. 5.* Riccius collect. 1353. Barbos. *de potest Episcop. part. 3. alleg. 81. num. 2. & 3.* & ad Trid. sess. 24. cap. 20. num. 1. Posth. *de manut. observ. 207. num. 2.* Ciarlin. dict. cap. 125. n. 13. & in terminis similis facultatis negatæ ab Archiepiscopo, ut Episcopus exerceret Pontificalia, tradit Lucas *tom. 3 de iurisd. & foro compet. discurſ. 31.*

4 Idem etiam observatur in Archiepiscopo respectu Episcopi suffraganei, ut non possit, nec debeat se ingerere in materia coram eo agitata, nisi per viam appellationis in secunda instantia, *cap. 1. de offic. Ord. lib. 6. dict. cap. Romana*, & *dict. Concil. Barbos. ibi, & in summa bull. verb. Archiepiscopus, in fin. Ciarlin. dict. cap. 125. n. 16. & seqq. & num. 21.*

5 Solùm enim in illa habet limitatam jurisdictionem, ut ex uno decreto sacræ Congregationis tradit Ciarlin. *d. cap. 125. num. 22.*

6 Et in Auditore Cameræ Apostolicæ, ac alijs Iudicibus superioribus Romanæ Curiæ idem observandum est, ut tenet Riccius *in praxi, resol. 126 & part. 4. decis. 271. num. 6.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 81. num. 3.* Ciarlin. *dict. cap. 125. n. 17. & 47.*

7 Non possunt enim nec Nuntius, nec Archiepiscopus adiri à subditis per viam querelæ interpositæ à negatione Archiepiscopi, aut Episcopi; prohibitus est namque talis recursus ad Nuntium

respectu Archiepiscopi; & ad Archiepiscopum ratione Episcopi suffraganei, ut ex textu in *cap. 1. de offic. Leg. cap. Venerabilis*, *de sent. excommun. in 6. tradit eleganter Ciarlin. dict. cap. 125. num. 27. & seqq.*

Et meritò, nam ideo Nuntius respectu Archiepiscopi, & Archiepiscopus ratione Episcopi non potest adiri per viam querelæ, aut per modum recursus, quia habent limitatam jurisdictionem ad causas appellationis; & cùm querelare non sit appellare, sed dicere de nullitate, non potest adiri per viam querelæ, & nullitatis, quia non potest de nullitate cognoscere principaliter, nisi per viam appellationis, & sine ea non potest tractare de nullitate, aut injustitia negationis per se & principaliter absque appellatione, nec extra remedium appellationis, *cap. fin. in princip. ibi: Cum minimè appellatum extiterit;* ubi glos. 2. *de foro compet. in 6. exornat eleganter Ciarlin. dict. c. 125. num. 30. & seqq.*

Adeò ut nec valida censenda sit consuetudo contraria, ut potè offendens regulas SS. Patrum & Canonum antiquorum, ut per textum in c. Nullus, 9. quæst. 2. & cap. Singulas 1. quæst 2. cap. Conquestus, cap. Archiepiscopus, 9. quæst. 3. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 77.* Ciarlin. *dict. cap. 125. num 81. & 82.*

Et licet in dicto Concilio dict cap. 20. 9 præcipiatur, ut Ordinarij infra biennium à die litis motæ causas terminare debeant, alioquin ad superiores licet habere recursum, aut querelam, tamen hoc intelligendum est si ipse Ordinarius fuerit in dicto termino negligens, & steterit per ipsum quin causa expediatur, adeò ut defectus sit in judice, qui etiam interpellatus noluit causam expedire. Sic decisum refert Marchesan. *de commiss. part. 2. §. 4. num 54.* Riccius *in prax. aur. resol. 334. in princip. & decis. 153. part. 4.* Barbos. *de potest. Episcop. part. 3. glos. 81 num. 9.* ubi quoad hoc, ut constet de culpa judicis, debet sæpe perquiri, & de hoc etiam coram superiore instari; quia si per judicem non steterit, etiam clauso biennio non erit locus. Idem Barbos. *ad dict. Concil.*

- Concil. sess. 24. cap. 20. num. 25. Ciarlin. dict. cap. 125. num. 94 & 95.*
- 10.** Neque obstant adducta num. 1. quia respondetur cum eodem Ciarlin. dict. cap. 125. num. 40. & seqq.
- ¶
- C A P U T XXXVIII.**
- Vtrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit dispensare in Conciliaribus dispositionibus, aut contra jus, aut sanctum Concilium Tridentinum aliquid statuere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, qui in illius decreto fundantur?**
- S U M M A R I U M.**
- 1.** *Papa solum habet potestatem supra Concilium; & ad hoc ut licet contra Conciliaria statuta aliquid decernatur, necessaria est expressa derogatio Concilij facta per Summum Pontificem, cui solum est licita derogatio sacro-Janeti Concilij.*
- 2.** *Nulli inferioris judices, sive Episcopi, Archiepiscopive, etiam Sedis Apostolicæ Legati ac Nuntij aliquid in Concilij derogationem statuere possunt.*
- 3.** *Isti tales à summo Pontifice potestatem expressam non habeant, Conciliaria statuta derogare non possunt sicut nec possunt quæ à jure communi statuta sunt.*
- Hanc potestatem debent inserere, & copiam dare, maximè in præjudicium tertij & jurisdictionis ordinariæ: & quare, ibid.*
- 4.** *Idem de Legato à latere.*
- 5.** *Legatus de latere non potest quidquam facere violando jus commune, nec contra jus aliquid statuere.*
- 6.** *Legatus de latere nec etiam Concilij Tridentini decreta interpretari potest absque speciali facultate.*
- 7.** *Legatus de latere nihil potest contra legem superioris statuere.*
- 8.** *Dispensatio contra Concilium censetur à Papa prohibita eo ipso quod non repetitur concessa.*
- 9.** *Legatus non potest dispensare contra Concilium, nec contra Canones non conciliares, nec aliquid statuere, aut tollere & num. 10.*
- 11.** *Legatus à latere solum habet potestatem in non reservatis, sed non in reservatis, etiam quando in facultate habet clausulam facultatis ut alter nos.*

Cum Regalia præcipua adhærens i visceribus Pontificiæ Majestatis sit potestas supra Concilium, Victoria de potest Pape & Concilij num 4. ad hoc ut licet contra conciliaria statuta aliquid decernatur, necessaria est expressa derogatio Concilij facta per Summum Pontificem Dominum nostrum, cui solum est licita derogatio Sacrosancti Concilij, prout testantur Riccius 4. part. collectan 849. & collectan 1367 & in præx fori Eccles. decis. 556 num. 1. Garcia de benefic. 4. part. cap. 5. num. 30 Bonacinde cens. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 4. Azor tom. 2. mor. lib. 5 cap. 14. Rodrig. qq. Reg. tom. 1. quæst. 8. art. 10. & tom. 3. quæst. 36. art. 2. Gratian. forens. cap. 397. num. 35 Flores de Mena lib. 1. var quæst. 10. num. 50. Guttier. pract. lib. 3 quæst. 17. num. 131 Henr. lib. 3. cap. 57. §. 1.

Ideò nulli inferiores judices, sive Episcopi, Archiepiscopive, etiam Sedis Apostolicæ Legati, ac Nuntij, aliquid in Concilij derogationem statuere possunt, ex textu in cap. Volentes, cap. penult. de offic. Leg. lib. 6. August. Barbos. in collect. ad rubric de offic. Legat num. 2. Cæsar Hierarch. Eccles part 1. disp. 3. num. 7. Paris de resignat. lib. 7. quæst. 13. num. 2.

Præsertim si à Summo Pontifice Dominino nostro potestatem expressam non habeant, quam ostendere debent ante omnia, & eam inserere, & copiam dare, ad textum in cap. Cum in jure peritus, de offic. de leg. ubi Felin. in terminis num. 6. & ibi Abb. loquitur: quia cum Nuntij soleant augere facultates sibi à Pontifice

concessas, ideo tenor inferendus est, ut credatur: notavit Gonzal. ad reg. 8. Can-
cel. §. 2. proœm. num. 63. Boer. de potestat.
Leg. à latere, in exord. n. 31. ubi elegan-
ter, & Solorzan. de jur. lib. 4. c. 11. n. 23.
& rationem præstat Azor mor. lib. 5. tom.
2. cap. 27. quæst. 8. qui loquitur in Cardi-
nali Legato à latere. Parexa latè de edit.
instrum. tit. 2. resol. 2. maximè in præju-
dicium tertij aut jurisdictionis ordina-
riæ, ut tenet Prosper Fagn. in cap. Cum
in jure peritus, n. 49. de offic. deleg. Con-
ciliaria statuta derogare non possunt, si-
cut nec possunt quæ à jure communi
statuta sunt. Gloss. in cap. ult. de his quæ
fiunt à Prælatis sine consens. Capit. Molin.
de just. & jur. tract. 5. disp. 9. Azor tom. 2.
dict. lib. 5. cap. 32. quæst. 2. & loquendo in
Nuntio Guttier. de jur. cap. 51. part. 1. n.
24. & Canonic. lib. 1. cap. 5. num. 10. Gra-
tian. dict. cap. 397. Hieronym. de Leo
thesaur. for. eccles. part. 2. cap. 8. num. 44.
Henriq. de Pontific. clave, lib. 13. cap. 54.
§. 1. lit. C. Molin. de ritu nuptiarum. lib. 2.
diff. 11. num. 145. August. Barbos. de offic.
& potest. Episcop. alleg. 33. num. 25.

⁴ Et loquendo in Legato à latere idem
scribunt, & resoluunt cum multis Al-
zed. de præst. Episcop. 2. part. cap. 7. num.
5. Conrad. de dispens. lib. 4. cap. 1. num. 4 &
lib. 5. cap. 5. num. 8. August. Barbos. in col-
lect. ad text. in cap. Quod translationem,
num. 2. de offi. Leg. & in cap. Dilectus 19.
num. 3. de præbend. & in cap. Dilectus 55. de
appell. num. 10. ubi multos refert, & est
ita declaratum per Bullam Apostolicam
confirmatoriam Concilij, impressam in
fine illius, concessam à Pio IV. Ton-
dut. qq. benefic. cap. 87. num. 18. pag. 152.
Pirrhus Conrad. in praxi benefic. lib. 2. cap.
6. num. 58.

⁵ Et ideò Legatus de latere non potest
etiam quidquam facere violando jus
commune, nec contra jus aliquid sta-
tuere, ut tenet Ciarlin. forens. cap. 125.
tom. 2. num. 78. 79. & 80. cum multis
August. Barbos. in cap. Dilectis. 55. num.
10. de appell. Fragos. de regim. Reip. dict.
disp. 10. §. 2. n. 21. Valenz. conf. 43. num.
83. Carol. Ruin. 4. tom. conf. 166. num. 3.
ibi: Legatus de latere non potest contra jus
statuere. Tamburin. de jur. Abb. disp. 3.

quæst. 2. num. 3. & 4. Rota decis. diversor.
Auditor. 1. part. decis. 780. num. 11. Ro-
ta apud Posth. resol. 148. num. 2. & 3. &
resolut. 146. num. 7. ex Gratiano cap. 245.
num. 42. & cap. 300. num. 50. Serafin. de-
cis. 536. num. 4. & decis. 1306 num 4. idem
Gratian. cap. 859. num. 7. Bicch. decis. 381.
num. 38. & seqq. ubi explicat, & decis. 223.
num. 4. Giurb. conf. 19. n. 25. vers. Atque:
Frances de Eccles. Cathred. cap. 3. n. 30.
Oliva de foro Ecclesiæ 2. part. quæst. 38. n.
5. & seqq. Fragos. de regim. reip. part. 2.
lib. 4. disp. 10. §. 2. num. 21. August. Bar-
bos. in collect. ad textum in cap. dilectis 55.
de appell. num. 10. Pirrho ubi suprà, Ton-
dut. de pensionib. cap. 9. num. 8.

Quare Legatus de latere nec etiam
Concilij Tridentini decreta interpretari
potest absque speciali facultate Pontifi-
cis Domini nostri, quia cum hæc facul-
tas sit Papæ specialiter reservata, non
includitur in facultatibus Legati, quan-
tumcunque generalibus, ut in sacra
Congregatione decisum refert Prosper
Fagn. in cap. cum venissent, de judic. per
tot. & maximè n. 20. omnino videndus,
qui refert multa jura & DD. & Bullas
Apostolicas hoc statuentes, & ibi nihil
intactum relinquit in hac materia circa
etiam derogationem: & in cap. Ex parte,
num. 6. de capell. Monach. pag. 227.

Nihil enim potest Legatus à latere
contra legem superioris statuere, ex
Sanchez de matrim. lib. 8. disp 6. n. 14. &
disp. 17. num. 5. ubi ampliat, etsi conces-
sa ei fuisset plenitudo potestatis, prout
testatur Giurb. conf. 19. num. 26.

Et dispensatio contra Concilium cen-
setur à Papa Domino nostro prohibita,
eo ipso quod non reperitur concessa.
Prosper Fagn. in cap. Super eo, num. 35.
de bigam. pag. 362.

Et ideò Legatus non potest dispenfa-
re contra Concilium, nec contra Cano-
nes non conciliares, ex textu in cap. Di-
lecto, de præbend. ibi: *Prædicto Legato*
non dicunt: ex quo ita tenet Prosper
Fagn. in dict. text. pag. 137. num 9. ibi:
Quarto nota ibi prædicto Legato non lice-
re, nec Legatum habere potestatem dispen-
sandi contra Concilium: hic enim allegan-
tur duo Concilia, & circa utrumque dene-
gatur.

Pars I. Caput XXXIX.

81

gatur Legato potestas contraveniendi. Nec
mirum, quia nec contra constitutiones Apo-
stolicas non Conciliares Legatus dispensat.
10. Nec aliquid statuere, aut tollere po-
test. Carol. Ruin. tom. 4. conf. 166. n. 3.

Neque obstant quæ de præminentia & potestate Legati à latere diximus super cap. 33. num. 3. & seqq. quia procedunt in non reservatis Papæ, cap. Mandata, de præsumpt. Garc. de benefic. part. 5. cap. 3. n. 13. Gambar. de offic. & potest. Legati, lib. 3. n. 78. Giurb. conf. 19 n. 30. vers. Primo Legatus: solum enim potest omnia ad quæ mandatum habet speciale, quia generale non sufficit in hac materia reservata; & ideo Legati à latere potestas ultra specialiter concessa non extenditur, ut ex Puteo decif. 148 num. 1. lib. 2. & Tusc. tradit eleganter Giurb. dict. conf 19. num. 31. 33. 34. 35. ubi dicit procedere quando in concessione utitur verbis, cum potestate ut alter nos. Sed cùm in facultate Illusterrissimi Nuntij non inveniatur facultas derogandi conciliaria statuta aut jura canonica, sed potius contraria, quia talis facultas solum est reservata summo Pontifici Domino nostro, optimo jure resoluimus non obstatre argumentum, & facultatem concessam ab Illustrissimo ac Reverendissimo Nuntio, ac Legato à latere esse ipso jure nullam, utpote concessam contra jus & sacrosancti Concilij Tridentini decretum, cuius derogationis facultas solum est reservata Papæ, in quibus nihil potest Legatus à latere, ut tenet Frances de Eccles. Cathedralib. c. 3. n. 24 & seqq. & c. 30. num. 34. & seqq. Fragos. de regim. Reipubl. dict. disp. 10. §. 2. n. 14.

C A P U T XXXIX.

Utrum Nuntius Apostolicus cum
potestate Legati à latere possit
se intromittere in jurisdictione
Archiepiscopi, aut Episcopi &
Ordinarij, aut eam turbare, aut
impedire, aut aliquid contra
Pars I.

eam statuere , aut cum eo in
prima instantia concurrere ; an
solum in secunda habeat juris-
dictionem.

SUMMARIUM.

- 1 Archiepiscopus in suo Archiepiscopatu, aut Episcopus in sua Diœcesi sunt Ordinarij.
 - 2 Ordinarij pro exercitio sue jurisdictio-
nis de jure habent suam intentionem
fundatam cumira quoscunque intra li-
mites sue Diœcesis; & non solum
quoad sœculares, & omnes ecclesiasti-
cas personas cuiuscunque status, sed
etiam contra Regulares: & num. 3.
 - 4 Archiepiscopi aut Episcopi possunt pro-
cedere secundum arbitrium suum per
edicta pastoralia, non obstante con-
tradictione Nuntij Apostolici; quia
cum illis non potest concurrere in pri-
ma instantia, nec aliquid contra Ar-
chiepiscopalem, aut Episcopalem ju-
risdictiunem statuere, aut cum pertur-
batione discernere, deficiente facultate
expressa ad hoc.
 - 5 Nuntius cum potestate Legati à latere
missus dicitur Ordinarius in Regno,
& cum Ordinarijs potest concurrere.
 - 6 Contrarium est verius attentâ disposi-
tione Sacrosancti Concilij Tridentini,
& num. 7. ubi quod contraria opinio
procedit de jure antiquo, non verò de
jure ordinario.

Archiepiscopus in suo Archiepiscopatu, aut Episcopus in sua Diocesi sunt Ordinarij, ut notat Frances in *Pastorali Regular.* p. 2. quæst. 3. num. 11. Prosper Fagn. in cap. *Cum contingat de foro comp.* num. 23. pag. 88. & in cap. *Perniciosa*m, de offic. *Ordin* pag. 427.

Et ut tales pro exercitio suæ jurisdictionis de jure habent intentionem fundatam contra quoscunque intra limites suæ Dioecesis, cap. Cùm Personæ, de privileg. in 6. cap. Cùm venerabilis de religiosis domib. cap. Omnes Basilicæ, 16 quæst. 7. Clement. 1. de foro comp. Serafin. decis. 144. num. 1. Coccin. decis. 471. num. 1.

L Fran-

Frances Pastor. Reg. part. 2. quæst. 2. n. 2.
Prosper Fagn. ubi sup. & in cap. Ecclesia,
num. 31. de constit. pag. 164. & in cap. Cùm
olim, num. 5. de præscript. pag. 226.

3 Et non solum quoad sacerdotes, & omnes ecclesiasticas personas, cuiuscunq[ue] status sint, sed etiam contra Regulares, cap. Abbates, 16. quæst. 2. ibi: *Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur.* Et notat ibi Glos. verb. In Episcoporum; & tenuit Rota in posth. Farm. tom. 2. decis. 313. Tamburin. de jur. Abb. tom. 1. disp. 15. quæst. 2. Frances ubi sup. n. 2.

4 Ad hoc ut procedant secundum arbitrium suum per edicta pastoralia, aut alios modos, de quibus cap. 44. num. 20. & seqq. non obstante contradictione Nuntij Apostolici cum potestate Legati à latere; ille enim non potest in prima instantia concurrere, nec aliquid contra Archiepiscopalem, aut Episcopalem jurisdictionem statuere, aut cum perturbatione decernere, deficiente facultate expressa ad hoc, ut tenet Villarroel. *Gobierno Eccles. y pacifico, part. 1. quæst. 4. art. 5.* ubi postquam in num. 4. tractavit de potestate Nuntij cum potestate Legati à latere, inquit num. 8. sequentia verba: *La jurisdicción de los Nuncios sera del tamaño que la taxeren sus titulos expressada, y esta nunca la extende su Sanctidad, para que puedan turbar, o impedir la ordinaria jurisdicción de los Obispos; porque es expresamente contra lo que tiene ordenado el sancto Concilio de Trento.*

5 Et licet Nuntius cum potestate Legati à latere missus dicatur Ordinarius in Regno, & cum Ordinarijs possit concurrere, cap 2. de offic. Leg. lib. 6. Navarr. in cap. Cùm contingat, de rescript. remed. 5. num. 2. Guttier. canonic. lib. 1. cap. 11. num. 4. & seqq. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 28. num 28. & lib. 8. disp. 28. num. 4. Gonzales ad reg. 8. Cancel. glos. 21. n. 34. & glos. 24. num. 36. Molin. de just. disp. 9. num. 13. Azor inst. mor. lib. 5. part. 2. cap. 27. quæst. 5. Aug. Barb. in collect. ad dict. cap. 2. num. 3. Gratian. forens. cap. 226. n. 2. & 3. Faria in add. ad Concil. lib. 1. var.

cap. 4. num. 33. Prosper Fagn. in cap. Cùm causam, num. 12. de appell. pag. 254. Reynos. observ. 60. num. 8. Mendez in praxi, part. 1. lib. 2. cap. 1. num. 15. Gratian. forens. cap. 655. num. 15. Mart. compil. jur. tom. 4. cap. 2. Tondut. quæst. benef. cap. 200. num. 6. Oliva de foro Eccles. part. 2. quæst. 24. num. 18. & quæst. 38. num. 6.

Attamen tales Nuntij non ordinariam, sed tantummodo delegatam jurisdictionem habent, & cum Ordinarijs concurrere non possunt, ut probat Barb. in l. cùm Prætor 12. §. 1. num. 63. ff. de jud. Francisc. Leo in thesaur. fori Eccles. p. 1. cap. 2. n. 19. & 20. & 2. part. cap. 1. num. 8. & cap. 7. n. 61. & 63. Aug. Barb. in remiss. ad Concil. in cap. 20. sess. 24. de reform. add. 4. Villadiego in tract. de Legat. quæst. 4. num. 10. & quæst. 18. num. 6. & 14. Oliva de foro Eccles. part. 2. quæst. 24. num. 2.

Et licet hæc opinio sit controversa, & prima de jure antiquo possit sustiniri, tamen hodie noviori dispositione S. C. Trident. cap. 20. sess. 24. de reform. expressè prohibitum extat, tam Nuntijs, quam Legatis etiam de latere cum Ordinarijs concurrere, quibus dumtaxat cognitio & jurisdictione attributa est, seu præservata, cæterisque prohibita, ut sunt verba dicti Concilij, ibi: *Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alijs quarumcunque facultatum, non solum Episcopos in prædictis causis impediri, aut aliquo modo eorum jurisdictionem jis præripere, aut turbare non præsumant, &c.* Alijs eorum processus ordinationesve nullius momenti sint. Villarroel. ubi sup. dict. art. 5. num. 8. Ciarlin. forens. cap. 125. tom. 2. num. 100. optimè in terminis Mend. dict. num 15. optimè August. Barb. de jur. eccles. lib. 1. cap. 5. n. 87. & in specie similis decreti Nuntij, quod sit nullum, decrevit Rot. apud Cæsar. de Graf. decis. 9. de caus. posses. Marchef. de commis. tit. de commis. appell. extra Cur part. 1. cap. 6. num. 45. & 46. Narbon. l. 59 glos. 1. num. 24. lib. 2. tit. 4. tom. 3. Posth. de manut. observ. 107. num. 1. & 2. & ita resolut remissivè Bordon. decis. miscell. decis. 433.

verba ibi refert, & multos tradit Barb.
ibi in collect.

Et licet delegans si facultate titatur,⁴
substituisse videatur, ut tenet idem Solorzan. lib. 3. cap. 26. num. 59. & 60. ex
alijs Valenz. conf 63. num. 65. & 66.

Attamen quando est electa industria⁵
personæ propter gravitatem & magni-
tudinem personæ missæ, ut in hoc casu,
in quo est electa magn. tudo, gravitas, &
persona Illustrissimi & Reverendissimi
Nuntij cum potestate Legati à latere,
respectu cuius est electa industria per-
sonæ, ut est textus elegans in cap fin. §.
Is autem, de offic. & potest. jud. deleg. ibi:
Cum in his omnibus casibus industriam &
fidem personæ, cui talia commitimus, eli-
gere videamur: tradit Menoch. de præ-
sumpt. lib. 2. præsumpt. 21. num 2. Valenz.
conf 177. num. 34. August. Barb. in d cap.
fin. §. Is tamen, num. 3. Carpio de executor.
testam lib. 1. cap. 19 n. 7. Solorzan. dict.
lib. 2. cap. 4. num. 37. & in specie Legati,
quod dicatur electa industria personæ,
Jacob. Mandel. de Alba conf. 776. num.
12. & 13. Prosper Fagnan. in cap. Ex-
stirpandæ, §. Qui verò, n. 2. de præbend.
pag. 154.

Non potest committere, nec delegare G
suam facultatem, cap. fin. §. 1. & fin. de
offic. delegat. cap. Si pro debilitate, eodem
tit. ubi Barbos. cap. Is cut, eodem tit. in 6.
cum multis Solorzan. de jur. Indiar. dict.
cap. 4. num. 37. & 38. & lib. 3. cap. 4. n 44.
Menoch. de arbitr. cas. 68. num. 15. Ric-
cius 1. part. decis. 68. num. 6. Rot. apud
Farin. decis. 234. n. 1. part. 1. novissim.
optimè Prosper Fagn. in cap. Exstirpan-
dæ, §. Qui verò, num. 2. de præbend. pag.
154. ubi respondet contraria procede-
re quando non est electa industria per-
sonæ.

Et in terminis nostri casus quando de
facultate Legati non constat, nec fuit in
actis producta, tradit Jacob. Mandel. de
Alba conf. 776. num. 11. vers. Non obstat,
ibi: Præterea de facultate Legati non con-
stat, nec fuit in actis producta: & si Reve-
rendus Dom. Vicarius vidit eam, non vi-
dit tanquam judex. Et posito, quod hæc fa-
cultas competenteret Legato, & etiam Vice-
legato, non potest committi, quia illa specia-

C A P U T X L .

Utrum Nuntius Apostolicus cum
potestate Legati à latere possit
committere totam suam facul-
tatem alicui Episcopo, aut Cle-
rico constituto in dignitate,
contradicente Archiepiscopo,
aut non.

S U M M A R I U M .

- 1 Delegatus à Papa ad universitatem causarum subdelegare potest: & n. 2.
- 3 Interveniente tamen justâ causâ.
- 4 Delegans si facultate utatur, substituisse videtur.
- 5 Limita quando est electa industria per-
sonæ, ut in Legato à latere: & num.
6. & 7.

1 Icet delegatus à Papa ad universi-
tatem causarum aliquas earum sub-
delegare possit, etiamsi à Principe non
delegetur, Glof. fin. in cap. Is qui, de pro-
curatorib. lib. 6. Glof. in cap. Super quæ-
stionum, §. Si verò, verb. Delegare, de
offic. delegati: Glof. verb. Moderata, in
cap. Statutum, §. Insuper, de rescript. in
6. cum multis Solorzan. de jur. Indiar.
tom. 2. lib. 3. cap. 26. num. 51. & lib. 2. cap.
4. num. 35. & 36. & in specie Nuntij
Tondut. de pens. dec. 27. num. 9.

2 Et etiam delegatus ab inferiore, quan-
do specialiter ei facultas subdelegandi
conceditur, ut multis tradit Garcia de
benefic. tom. 1. part. 5. cap. 8. num. 170. Mi-
rand. de ord. judicior. quæst. 2. art. 11:
concl. 2. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 31 n.
6. cum alijs, de quibus Solorzan. d. cap.
26. num. 52.

3 Interveniente tamen justâ causâ, quia
tunc reputatur tanquam Ordinarius, ut
tenet idem Solorzan. lib. 3. cap. 9. num. 48.
Frances de offic. Cancellarij Regni Ara-
gon. quæst. 10. num. 6. ex cap. Si pro debili-
tate 3. de offic. & potest. judic. deleg. cuius
Pars I.

litias fuit sibi concessa ob electam ejus indu-
striam. Vincent. Annibald. Valentin.
consil. etiam 776. vers. Quia, pag. 94. 4.
tom. num. 12. & 13. ubi eadem verba
refert.

Legati missi potestas à principio fuisset latissima, attamen per Pontifices restringita extitit, ex Cæsar. Hierarch Eccl. disp 3 part. 1. §. 1. num. 10.

Quare in jurisdictione Legati missi non includitur Concilij dispensatio, nec derogatio, cum hoc ut reservatum Pontifici non transeat in generali delegatione, nisi expressè concedatur, ut tenet Boer. de potest. Leg. num. 24. Kochier. de jurisd in exempt. part. 1. quæst. 6 num. 13. & part. 4. quæst. 3 num. 1. Barb. in collect. ad cap. Translationem 4. num. 2. de offic. Legat.

Adhuc tamen erat invalida dispensatio, & facultas concessa, de qua cap. 1. num. 3. virtute supplicationis de qua ibi consequuta, visis illius causis, quæ urgentes non erant: nec per negationem Illustrissimi Archiepiscopi dabatur periculum in mora, quando baptizari potuerat infans in sua Parochia, juxta Concilij & constitutionis dispositionem; in quibus terminis prohibita erat dispensatio, & solùm cum causa urgenti, & cum periculo in mora erat licita, & permissa. Ledesma in 4. 2. part. quæst. 17. art. 3. 1. Suar. de leg. lib. 6. cap. 14. num. 9. Sanch. lib. 2. de matrim. disp. 40. & lib. 8. disp. 9. n. 22. Sayr. de Clav. Reg. lib. 3. cap. 10 n. 9.

Et meritò; nam licet aliqui dicant, loquendo in Summo Pontifice, quod dispensatio absque causa est invalida, Mendonc. de potest. lib. 1. quæst. 2. num. 35. Vafquez 1. 2. disp. 178. cap. 4. Suar. de leg. lib. 6. cap. 19. num. 5. Baldel. Theol. mor. lib. 5. disp. 52. num. 9.

Et contrarium sit verius, ex Cajet. 1. 2. quæst. 96 art. 5. Sot. lib. 1. de jist. quæst. 7. art. 3 & lib. 7. quæst. 4. art. 2. ad fin. Henr. lib. 5. de pœn. cap. 22 num. 5. & lib. 22. de matrim. cap. 3. num. 6. Valenz. 2. 2. disp. 5. quæst. 7. punct. 2. Suar. tom. 4. de indulg. disp. 56. sect. 2 num. 11. & lib. 6. de leg. cap. 19. num. 6. Sanch. lib. 8 de matrim. disp. 17. num. 24. Bonac. de leg. quæst. 2. punct. 3. num. 1.

Attamen in dispensatione inferioris d'cendum est, quod vel sine potestate fit, & tunc ipso jure est nulla; vel cum potestate superioris, quia tunc debet causa legitima præcedere, alijs est nulla. Guttier.

C A P U T X L I .

Utrum, esto quod Nuntius cum potestate Legati à latere potuisse dispensare in Concilij decreto virtute facultatis expressæ, fuisset valida licentia absque causa legitima: & an sufficeret in supplicatione relata contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

S U M M A R I U M .

1. *Legati missi potestas licet à principio fuisset latissima, attamen per Pontifices restricta extitit.*
2. *In jurisdictione Legati Nuntij non includitur Concilij dispensatio, nec derogatio, cum hoc ut reservatum Pontifici non transeat in generali delegatione, nisi expressè concedatur.*
3. *Infans debet baptizari in Parochia. Dispensatio solùm cum causa urgenti, & cum periculo in mora est licita, aut permitta: ibid. & n. 6. & 8.*
4. *Utrum in Summi Pontificis dispensatione requiratur causa ad hoc ut sit valida: & num. 5.*
5. *Supremus Princeps Ecclesiasticus non delegat potestatem dominativam, sed spiritualem, ac ministerialem, & in conservationem, non in destructionem: & quare num. 8.*
6. *Legatus à latere an possit dispensare sine causa.*

I **L**icet Illustrissimus Nuntius habuisset expressam facultatem ad derogandum Concilium Trident. ut necessarium erat, ut diximus cap. 38. & tenet Suar. de legib. lib. 6. cap. 15. num. 1. quia etsi